

De 3062



*Guldemeister*



AHMET  
BEN-ABDALA,  
MOHAMMEDANI  
EPISTOLA THEOLOGICA  
DE  
ARTICULIS QVIBUSDAM FIDEI  
AD  
SERENISSIMOS AURIACUM ET PORTUGALLIAE  
PRINCIPES

SCRIPTA,

EM Sto Anglico nunc edita Notisq; ac Animad-  
versionibus Critico-Theologicis, in Exercitationibus qvibus-  
dam Disputatoriis ventilatis, illustrata passim

ac refutata:

of sale 137. 211. Anno:  
Salvo de typis 412. p. 334 547 ad f. 1696.

ZACHARIA GRATIO,

Rostochiens. SS. Theol. D. Ejusdemque in Patria Profess. Publ.  
Ordinar. & ad Ædem Cathedralem D. Jacob. Verbi  
Divini Ministro.

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr. Ann. MDCCV.



PRÆNOBILI FRATRUM  
PARI,  
VIRO MAGNIFICO MAXIME REVEREN-  
DO, EXCELLENTISSIMO AC  
AMPLISSIMO.

DOMINO  
**GEORGIO HEN-**  
**RICO GOETZIO,**

SS. THEOL. DOCTORI CONSUMMATIS.  
SIMO, & ECCLESiarum Lübecnsium SUPERIN-  
TENDENTI LONGE VIGILAN-  
TISSIMO.

ET  
VIRO PRÆ-NOBILISSIMO, CONSULTIS-  
SIMO, AC AMPLISSIMO

DOMINO  
**GOTTFREDO**  
**CHRISTIANO GOETZIO,**  
J. U. DOCTORI EXCELLENTISSIMO, AC  
POLYHISTORI APUD LIPSIENSES LONGE  
CELEBERRIMO.



VIRIS  
DE UNIVERSO ORBE LITERARIO MERITISSIMIS,  
ET QVOTIDIE ADHUC SINGULARITER  
MERENTIBUS.

DNN. FAUTORIBUS AC AMICIS SUIS  
OMNI AMORIS, ET HONORIS CULTU  
MAXIME DEVENERANDIS,  
PLAGULAS HASCE,  
QVAS

GRATIÆ IPSORUM, AC INDEFESSO IN REM LITERARIAM  
STUDIO DEBET,  
NUNC

EXCELLENTISSIMIS IPSORUM NOMINIBUS  
CONSECRATAS  
SUMMA CUM MENTIS GRATITUDINE  
REDDIT,  
EASQVE

CUM VOTO

OMNIGENÆ PROSPERITATIS,  
MAJORISQUE VIRTUTUM, AC MERITORUM  
FAMÆ,

NEC NON  
CUM ULTERIORI COMMENDATIONE SUI  
ENIXISSIMA  
OFFERT

TANTORUM NOMINUM  
CULTOR INGENUUS  
AC

DE VOTUS


Z. GRAPIUS.  
ROSTOCHIENSIS  
D.



# NOMINA CLARISSIMORUM DNN.

## DISPUTANTUM.

- V DN. CHRISTIANUS HENRICUS von Elßwic<sup>h</sup>/ Rendesburgo-Hollatus.
- DN. JOHAN. HERMAN. von Elßwic<sup>h</sup>/ Rendesb-Holl.
- DN. BERNHARDUS RAUPACH, Tunderâ Cimber.
- DN. WILHELMUS SCHALLER, Witteburgo-Megapol.
- DN. CHRISTIANUS WITSCHER, Gustrov-Megapolit.
- DN. JOHAN. FRIEDER. HINCK, Rœbela-Megapolit.
- DN. JOACH. PETR. RUMPF, Demmino-Pomeran.
- S DN. BARTHOLDUS PRÜSSING, Warenâ-Mecklenb.
- DN. JOACH. MILDAHN, Zud-Rugiano-Pomeran.
- DN. JOACH. FRIED. Weitsch/ Falcoburg-Marchic.
- DN. ANTON. BOLDEWIN. Kling/Hadersleb-Holsat.
- DN. NICOLAUS WENTHIN, Anclamo-Pomeran.
- DN. JOAN. NICOL. QVISTORPIUS, Rostoch. Meckl.
- DN. BARTHOLOMÆUS DEPKIN, Riga-Livonus.
- DN. JACOB. CHRISTOPH. Sandt/Durlaco-Badensis.
- DN. ANDREAS WESTPHAL, Anclam-Pomeran.
- DN. JOAN. GUILIELM. Reinmañ/Mitav-Curon.
- DN. BARTHOLOMÆUS WYBERS, Riga-Livonus.



# PROLEGOMENA.

§. I.



Vamvis Mohammedani refutando fidem Christianam aliâs gladio potius soleant uti, qvam scripto, recte monente B. nostro *Lubero* T. 4. Altenb. p. 530. Mahomet befiehlet mit dem Schwert zu walten. Und ist das grösste und fünehmste Werk in seinem Alcoran das Schwert. Qvod expresse etiam jubetur in *Aloran.* Surat. 9. qvæ inscribitur *de Pænitentia*, seu ut alii interpretantur, *de gladio*, ubi v. 29 p.m. 168. occidite eos qui credere nolunt. & mox v. 36. p. 169. occidite qui *IDEO* Socium jungunt &c. nihilominus tamen dantur inter illos etiam qui calamum contra Christianos stringunt. Habent enim Mohammedani & Elencticam suam *Theologiam*; per qvam ut alios, sic & Christianorum dogmata refutare conantur. Qvare Jo. Henr. Hottinger in *Promtuar.* s. *Bibliothecā Orientali* p. m. 203. sqq. recenset scripta qvædā Mohammediæorum elenchitica, qvalia e.g. sunt: (1) **كتاب الاحوية والاسولة ابن ادریس الصنفاجی** *Liber responsorum & quæstitorum de religione*, Ibn-Edrisi Sanbagii. Cujus apographum se habuisse testatur Hottinger, & quatuor absolvitur partibus: Prima proponit varias S. Scr. ἐνεργειας. Secunda refutare conatur argumenta, quibus Christiani & Judæi Mohammedisimum impetunt. Tertiæ Christianis & Judæis opponit. Quarta stabilire Prophetæ sui munus nititur ipsa Scripturæ canonice auctoritate. (2) *Algazalius*, de quo Chrit. Rau. Panegyr. 2. p. 16. Quemadmodum & alterum auctoris ejus opus Theologicum ad disputationes ac quæstiones Theologicas dubias, aut difficiles consultationes resolvendas conscriptum est, qvomodo Christianis, aliterve Judæis, Magis qvoque ac Paganis, & in genere omnibus in secta Mohammedicâ non viventibus respondendum, partim ex Alcorano, partim ex responsis Mohammediis, aut sequentium Chalifarum sententiis ostendens. (3) *Ali Ben Hoseini Masudai* مروج النسب in quo libro & etiam alias contra

A

tra Christianos à se compositi meminit. (4) *Ibn Chamar:*  
**كتاب في الوقاف بين رابي الفاسخة والصحابي**  
*Liber de consensu dogmatum Philosophorum & Christianorum.* (4) Mo-  
hammed Ben Abi Talebi, *Ansarius* Sori librum opposuit tractatui seu  
Symbolo Christianorum Ecclesiae Cypriæ, Syriæ contra sitæ in-  
fuslæ, religionem Mohammedanorum refutantium. *Rav. Paneg. 2.*  
p. 13. Et qvæ sunt istiusmodi scripta alia. Adde (5) *Abu'nd filii*  
*Abdal-Halim Apologiam* contra Christianos, qvam sèpius citat & re-  
futat *Marraccius* in suo *Prodrom. ad Refutat. Alcor.*

S. 2. Scriptis hisce Mohammedanorum Elenchiticis o-  
mnino etiam annumerandum est præsens hocce, qvod hic exhi-  
bemus, *Abmet Ben Abdala*, qvod *Oxonii* è *Manuscripto Seldeniano*, qvod  
in *Bibliothecâ Bodleianâ* asservatur, ex singulari humanitate Poli-  
tissimi Viri DN. WONTLEJI Anno 1697. descripsit VIR Præ-  
Nobilissimus & Consultissimus DN. GOTTERÉDUS CHRI-  
STIANUS GOETZE, J. U. D. apud Lipsenses Celeberrimus.  
Vix elegantissimæ eruditio, qvam magno studio, longisq; iti-  
neribus sibi comparavit, Amicus & Fautor noster æsturnatissim⁹,  
qui nuperime heic loci præsens summâ sua humanitate animum  
nostrum sibi eo magis devinxit. Is apographum aliquod dono  
miserat fratri suo ex tot variis doctissimis scriptis per universum  
Eruditorum orbem celeberrimo, Viro Magnifico, Maximeq; ve  
Reverendo DN. GEORGIO HENRICO GOETZE, SS. Theol.  
D. Excellentissimo, nunc Ecclesiarum Lubecensium Superin-  
tendenti longe vigilantissimo, Patrono nostro Magno, qvem  
DEus diu adhuc in Ecclesiarum suarum, totiusq; Boni publici  
ornamentum ac splendorem sospitem servet ac in columem. Ex  
hujus singulari in nos favore scriptum hoc devenit ad museum  
nostrum, concessâ simul perqvam benevole publicandi illud li-  
centiâ. Pro qvâ gratiâ & ipsi & Excellentissimo ipsius Fratri  
grates decentissimas & publice his ipsis persolvimus, nosq; ad  
officia qvævis ut devinctissimos, sic & paratissimos profitemur.

S. 3. De Scripto ipso, ejusq; occasione informat nos mo-  
do laudatus Præ-Nobilissimus DN. D. GOTTFREDUS CHRI-  
STIANUS GOETZE, cuius studio & gratiæ copiam hujus MS.  
debemus,

debemus, in prænotatis qvibusdam apographo præmissis, qvæ integrâ hic apponimus hujus tenoris:

Postquam fæderati Belgii potentia pæcchia cum Rege Hispaniarum Anno 1609. induciis apud Reges extra Europam increbuisset, amicitiam illius inter alios ambire caput Rex Marocci & Fezæ Muley Saydan, seu Sidan, qui missio primum legato suo Hamon Ben Bechier Ann. 1609. ac deinde Alcayde Hamec Ben-Abdala Ann. 1610. certas conditiones de mutuo commerciorū federe securi ineundo Ordinibus obculit, haud infelici cum successu, siquidem Tractatus illi octodecim articulis comprehens. d. 24. Decembr. dicti anni utrisque parvus consensu firmati fuerant. Ceterum hic Hamec Ben-Abdala est ille ipse, qui cum in Mauritaniam reversus esset, in gratiam Mauriti Principis Auricaci, & Dom Emanuelis Portugallæ Principis (qui patrem habuit Antonium Nobilem Portug. Regem; sed ab Hispania regno ejectum, ac Parisi 1595. mortuum, atque in uxorem duxit Amiliam Wilhelmi Princip. Araus. filiam, sororem Mauriti) Confessionem fidei Mahomedanam presentem ingenue quidem, sif non sine blasphemie notâ concinnavit. Videtur autem mihi eandem lingvâ arabicâ primum conscripsisse, aliisque in latinam transferendam dedisse.

Inveni Apographum ejus satis viciose scriptum inter MSS. Joh. Seldenii, que in Bibliothecâ Bodleianâ Oxonii asservantur, ubi cum studiorum causa Ann. 1697. degener illius describendi occasionem forte indeptus sum.

### GOTTFRÆDUS CHRISTIANUS GOETZE, D.

S. 4. Joannes Seldenu, qui MStum hoc inter rariora sua asservatum habuit, de eodem in tractatu de Synedr. & Praefaturis Juridicis veterum Ebreorum l. i. c. 12. p. m. 334. seqventia refert: Sub annos abbinc ferme quadraginta (Scripsit hæc An. circiter 1650.) Mauricius Princeps Aurora, & Emanuel Portugallæ Princeps in mensa imperatrum voluere à viro sane doctissimo Achmet Benabdala (Ben-Abdala) natione Cantabro, Sed Mahomedano, ac Regis Maurorum apud federatos Belgii ordinis tuuc, opinor legato, ut sensum suorum de religione Christianâ eis explicaret. Id non illibenter ad Regem suum reversus, Marochii prestit, unde anno Hegire 1021. i. e. Christi 1612. opusculum eâ de re scriptum ad Principes illos misit. In eo post alia Christianismi scita graviora Mahomedismo per quam diffensa, ingeniose satis discussa, tandem devenit ad illud de confessione & Absolutione. Verba ipsius è Codice penes me latine MS. apponere visum est. Et latine puto ab ipso conscriptus. Seqvuntur hic vel

duo folia ex M<sup>to</sup> suo communicata, qvæ nimirum de *Confessio-*  
*ne & Absolutione* agunt. Qyemadmodum & qvædam de *SS. Trinitate*  
*agentia* recenset idem *Seldenus l. 2. c. 4. p. m. 575. sq.* Prouti infra suo  
*loco* notabimus.

§. 5. *Scopus* Scripti statim ex initio ejusdem constat, vult  
 nimirum auctor respondere ad Sereniss. Principum qvæsita inter  
 prandum instituta; quidnam Mauri de Domino nostro JESU  
 CHRISTO sentirent? adeoq; hâc in Epistolâ exhibet judicium  
 aliquod de religione nostrâ Christianâ, ejusqve fundamento  
 summo, idq; *elencticum*, refutando Christianorum fidem &  
 communicando eo ipso simul confessionem qvandam fidei Mo-  
 hammedanæ suæ. Oeconomia statim ex ipso scripto in oculos in-  
 currit, adeoq; prolixè eam hic recensere nolumus, cum brevi-  
 tati studere animus ferat. Brevissimis saltem monemus, scri-  
 ptum esse bipartitum, facto enim Exordio (I.) exhibet judi-  
 cium de Christianorum articulis fidei de *SS. Trinitate & CHRI-*  
*STO Redemptore nostro agentibus.* Cui subnectit, qvid sibi  
 videatur de iis, qvæ in civitatibus & locis Pontificiis fieri audi-  
 verat, & qvid sit in causa, qvare Presbyteri & Sacerdotes Pon-  
 tificiorum non ducant uxores, expendit. (II) Agit de doctrinâ  
 illâ de libero Hominis arbitrio.

§. 6. Sistimus autem scriptum hoc ita, qvemadmodum  
 à modo laudatis Fautoribus nostris accepimus, additis simul bre-  
 vissimis qvibusdam notis ac animadversionibus nostris, qvæ  
 partim ad uberiorem fidei Mohammedicæ notitiam: partim  
 ad ejusdem refutationem: partim ad defensionem fidei nostræ  
 adversus Mohammedanum spectant. Nec ingratam scripti hu-  
 jus publicationem futuram esse speramus: tum qvia rariora sunt  
 istiusmodi Mohammedana scripta, ex qvibus qvid de Christianis,  
 eorumq; fide judicent, constet: tum qvia qvæ in præsenti  
 proferuntur, non sine ingenio ac acumine qvodam, qvod sibi  
 vix qvisqvam de Mohammedano pollicitus fuisset, prolata re-  
 periuntur: tum etiam, qvia & refutationes fidei Mohammedicæ  
 in primis à Lutheranis adornatæ admodum sunt rarissimæ,  
 Theologiae tamen Cultoribus cum aliis maxime necessariae.

§. 7. Non

§. 7. Non eqvidem plane defunt, qvi fidem Mohamme-  
danam refutarunt vel nostram adversus eandem defenderunt.  
Sic enim ex antiquioribus celebres sunt *Io. Damascenus*, *Petrus  
Pastorius Giennensis Episcopus*, *Petrus Abbas Cluniacensis*, *Joannes Cana-  
tacuzenus Imperator Constantinopolitanus*, deinde *Monachus*, *Abunu-  
bus Chaldeus*, & *Abrahamus de Bethale item Chaldeus*, qvos ponit *He-  
bed'Jesu Metropolita Sobensis in Catalogo Scriptorum Chaldaeorum*: *Ri-  
cardus*, seu *Ricoldus ex ordine S. Prædicatorum*: *Joannes de Turrecrema-  
ta*, *Dionysius Cartusianus*: *Cardinalis Cusanus*, *Hieronymus Savonorola*:  
Et qvōs *Stephanus le Moine* exhibet in *Variis Sacris*, nempe *Bartholo-  
meus Edessenus*, & *Anonymous* qvidam p. 302. sqq. & 292. sqq. & qvi sunt  
antiquiores alii. His ex recentioribus accedunt *P. Philippus Gua-  
dagnolus* ē religione Clericorum minorum arabica lingv. in Romano Lyceo  
Professor in *Apologia arabice ac latine impressa* adversus *Abmedum fi-  
lium Zini Principem in regno Persarum*, qvi contra Christianam reli-  
gionem una cum aliis Persarum Sapientibus librum scripserat,  
& aureis characteribus exaratum ad Romanum Pontif. *Urbanum  
VIII.* ut eidem respondendum curaret, transmiserat. Contra  
eundem librum scripsit *P. Bonaventura Malvasia ex ordine Minorum  
conventualium*. Posthos *Josephus Martellinus Sacerdos ē Civitate Roc-  
cella* edidit *Triumphum Catholice fidei contra sectam Mahomedanam*. No-  
vissime prodiit ex *Hispania* *P. Tyrs Gonzales de Santalla Jesuita manu-  
ductio ad conversionem Mahometanorum*. Et ex Italia recentissime ac-  
cepimus *Ludovici Marracci Prodrorum ad Refutationem Alcorani Rom.  
A. 1691. edit.* & *Alcorani textum universum cum versione, notis ac refutatione  
Patavii A. 1698. edit.* Et qvis sunt alii, de qvibus *Hoornbeek in Summ. Con-  
trov. l. 3. p. m. 81. sq. & Hottinger in Bibliotecar. Quadrip. p. 387. sq.* Conf.  
& Disp. nostram de *Alcorano* §. 12. Sed tamen partim rariores, par-  
tim pretiosiores hi omnes sunt, ut vel plane non, vel nonnisi pro  
mago pretio, qvod non omnes solvere possunt, habeantur.  
Celeberrimus ille Antiquitatum Orientalium Scrutator modo  
nominatus *Jo Henr. Hottinger* promisit *Apparatum aliquem Muham-  
medicum* cuius *Sciographiam* dat in *Bibliotecar. quadripart. p. m. 388. sq.*  
nimirum sistit (I) *Anatomiam Muhamedismi Tripartitam*, exhiben-  
tem (!) *Alcoranum arabicum cum versione novâ latinâ collateralí variis* q. ex

ipsis Arabum monumentis erui observationibus, notis, castigationibus.  
 (2) Elenchum tutissima methodo institutum, quo Rhapsodia Alcoranice principia deteguntur: alia quidem ex Judaismo detorto, alia vero vel ex Christianismo utpluvium interpolato, & ex Hereticorum mente corrupto, vel Saracenismo veteri retento: pleraque ex Scriptura S. vel impie depravata, vel mutilate citata petita esse ostenditur: adeoque immediata inspirationis Angelica & originis divina larva detrahitur. (3) Consilium de modo atque ratione degmata Christiana Mahummedanis communicandi & commendandi. (II) Theatrum Muhammedicum ~~adversariorum~~, continens  
 (1.) Theologiam Muhammedicam, ordine locorum communium digestam, & tam ex Scholasticis quam Exegeticis Muselmannorum scriptoribus, indicata subinde Doctorum inter se pugna; collectam, eorumque qui ex nobis hic sua contulerunt symbola, suffragio vel confirmatam vel illustratam (2) Politiam tam ante, quam post Muhammedem inter Arabes receptam, eam cum primis, quae ab introducto Islamismo obtinuit, apud Arabes primum, postea etiam Turcas & Persas: ubi de diverso Gentium istarum regimine, mutationibus, Periodis, Ordinibus, Muneribus &c. (3) Academiam, i.e. succinctam de studiis & Academis eorum enarrationem. (4) Militiam, que & vires & successum, & modum militandi, clades etiam tam Arabici quam Turcici imperii explicat. (5) Oeconomicam, ubi in rationem vivendi privatam inquiritur, & in qua ab ea pendent, ut sunt victus, amictus &c. Qvod elegantissimum certe futurum fuisset opus, si ad perfectionem pervenisset; sed vero cum fata eidem intervenerint, id hodie non habemus. Ex Lutheranorum scriptis praeter unam alteramve disputationem B. Dn. D. Dannhaueri, B. Dn. D. Kortholti, Maxime Rev. Dn. D. Jo. NICOL. QVISTORPII Soceri nostri plusquam filiali observantia à nobis devenerandi, aliorumque, pauciora sunt quæ habemus, inter quæ eminent Theod. Hackspanii Fides & Leges Mohammedis, Matthiae Fried. Beckii Bina capitula Alcorani cum notis & animadversionibus, in quibus & elenchitica quædam occurunt, Celeberrimi Dn. D. Jo. Michael. Langii Epistola de Fabulis Mochammedicis circa SS. Trinitatis Mysterium & generationem in divinis. Norimb. Ann. 1697 edit. & quæ forte alia, quibus si merentur, & præsentia hæcce nostra addas. Deus vero per Spiritus sui S. gratiam nobis det illuminatos mentis oculos, quibus lucem à tenebris secernere rečequeamus, & sic in veritatis semitam ducamur, per CHRISTUM Salvatorem nostrum & Prophetam Maximum.

AMEN.

AHMET



## AHMET BEN-ABDALA EPISTOLA.



Aus (a) sit uni DEO in Essentia attributis,  
& operibus, & ejus gratia & benedictio su-  
pra Sanctissimos Prophetas, & sanctos  
suos. Amen.

Serenissimis, Potentissimis & summâ  
virtute præditis Principibus, Auriaco  
Principi Comiti Mauritio, & D. Emanueli Portugalliae Prin-  
cipi precatur supernam felicitatem Ahmet Benaudala \* \* Ben-Ab-  
(qui regias vestras personas bene valere, & tempo-  
ralem etiam statum vestrum augere cupit) servus Poten-  
tissimi Magni, & sublimis Halifa Regis Maurorum Muley-  
Zidam.  
Repon-

## NOTÆ ET ANIMADVERSIONES.

- (a) LAUS SIT ) Incipit Auctor cum precibus, qvarum varias ha-  
bent Mohammedani, & ex qvibus nonnullæ etiam incipiunt  
à laude DEI juxta Alcoran. Surat. 1. & juxta ordinationem Su-  
rat. 3. Vers. 16. 17. ubi ex Versione Dn. Matthie Fried. Beckii hujus  
Surata p.m. 3. ita : itaq; ly Sobchana - llabi orate, quando vesperi & mane  
estis. Ut & Alchamdo lllāhī laus ei DEO, in cælis & in terrâ &c. Non-  
nullæ etiam preces inspersa habent bona vota pro impostore  
stuo Mohammedo, aliisque sanctis. Qvalia vota pro Mo-  
hammedo suo etiam in Concionibus suis habent. Sic enim  
اللهم ip[s]is notat specialiter eam concionem, quâ apud Moham-  
medanos laudari solet DEu[m], benedicti Muhammedi, ei usque familia &c.  
Qvale exemplar concionis ex Dalmatia allatum habuit Job.  
Henr. Hottinger, ut testatur in Promtiuar. I. Bibliothec. Oriental. p. m.  
208. Alias de precibus Mohammedanorum ex Aly Ben-Mohammed  
prolixè agit Marracc. in Prodrom ad Refutat. Alcor. part. 4. c. 5. p. m.  
65 sqq. Supra qvæ omnia judicium suum exhibet c. 10. p. 180. sqq.  
Sic & Henningius Henning ex professo egit de hâc materiâ in  
Muhammedano Precante Schleswig. Ann. 1666. edit. De reliquis in  
yoto occurrentibus dicendi infra occurret occasio.

Respondens igitur Magnanimi Principes ad id, qvod in  
vestrâ splendida mensa à me fuit qvæsitum, qvidnam Mauri  
de D. nostro JESU CHRISTO sentiremus. Dico eum apud  
nos haberi Prophetam, & Nuncium DEI, (b) ut Sapientissi-  
mus

فَبِكُونٍ وَيَعْلَمُهُ الْكِتَابُ  
وَالْحَكْمَةُ وَالْتَّوْرِيقَ وَالْأَنْجِيلُ  
وَرَسُولًا إِلَيْ بَنِي إِسْرَائِيلَ أَذْبَحَ  
قَدْ جَهَنَّمَ بِأَيَّةٍ مِنْ سُبْكَمْ  
أَنْتِي أَخْلَقْتُ لَكُمْ مِنَ الطَّيْبِينَ  
(b) PROPHETAM ET NUN-  
CIUM Breviter hic exponitur  
qvid Mohammedani sentiant  
de CHRISTO Salvatore No-  
stro. Prolixius mens eorum  
exponitur in *Alcorano*, ubi  
*Surat. 3. vers. 40. -- 54. edit.*  
*Hinckelmannian. pag. m. 46. ita:*

كَهْبَةُ الظَّهِيرَةِ فَانْجَنَّخَ فَبِكُونِ الْمَلَائِكَةِ يَا مَرْبِبِ  
فَبِكُونِ طَبِيسِيَا يَا ذَنَنِ اللَّهِ وَأَبْرِبِيَا يَا اللَّهِ يَدِشِرِيَا بِكَلِمةِ مَدِيَا  
الْأَكْدَمَةُ وَالْأَبْرَصُ وَاحْبَيِيَا اسْمَةِ الْمَهْجَعِ عَبْسِيَا أَبْنَيَا مَرْبِبِيَا  
الْهَوْتِيَا يَا ذَنَنِ اللَّهِ وَأَنْبِيَكَمْ وَجِهَاهَا فِي الدُّنْيَا وَالْآخِرَةِ وَمِنْ  
بِهَا تَاذْكُلُونَ وَمَا تَدْخُلُونَ الْمَقْرَبَيْنَ فَوِيَكْلِمُ النَّاسَ  
فِي بِبُوتِكَمْ أَنْ فِي ذَلِكِ فِي ----- الْبَهْد----- وَكَهْلَا  
لَاهِيَةِ لَكُمْ أَنْ كَنْتُمْ مُوْمِنِيَنَ فَوِيَنَ الصَّالِحِينَ فَقَالَ رَبِّي  
وَمَرْصِدِيَا لَهَا بَيْنَ يَدِيَا مِنْ أَنِي يَكُونُ لِي وَلَنْ وَلَمْ  
الْتَّوْرِيقَ وَلَادِلَ لَكُمْ بَعْضَ يَهُسْنَيِي بَشَرَ قَالَ كَذَلِكِي  
الَّذِي حَرَمَ عَلَيْكُمْ وَجِهَاهَا كَمَ اللَّهُ يَخْلُقُ مَا يَشَاءُ إِذَا قَضَى  
بِأَيَّةٍ مِنْ رَبِّكُمْ فَاتَّقُوا اللَّهَ إِنَّمَا فَإِنَّهَا يَقُولُ لَهُ كَمْ

كَفَرُوا فَاعْذُنْهُمْ عَذًا يَا شَدِيدَنَا وَاطْهِرُونَ أَنَّ اللَّهَ رَبِّي  
 فِي الدُّنْيَا وَالْآخِرَةِ وَمَا لَهُمْ بِرَبِّكُمْ فَاعْبُدُوهُ هَذَا صِرَاطُ  
 أُمَّنِ نَاصِرٍ يَدِينَ هُوَ الَّذِي جَعَلَ مِنْ قَبْرِنَا أَحْسَنَ عَبْسِي  
 أَهْنَنَا وَعَمِلُوا الْعَالَصَاتِ فِيْبُوْقِبَهُمْ مِنْهُمُ الْكَافِرُ قَالَ مِنْ اتَّصَارَبِي  
 أَجُورُهُمْ وَاللَّهُ لَا يَعْبُدُ إِلَيْهِ قَالَ الْحَوَارِيُّونَ نَحْنُ  
 الطَّالِبُونَ هُوَ ذَلِكَ نَتَلَوْهُ عَلَيْكَ اتَّصَارُ اللَّهِ أَهْنَانَا بِاللَّهِ وَأَنْتَهُنَّ  
 مِنْ إِلَيَّاتِ وَالذِّكْرُ بِإِنَّا مُسْلِمُونَ هُوَ مِنْهُنَا أَهْنَانَا بِهَا  
 الْكَبِيرُ هُوَ أَنْ مِنْهُلَ عَبْسِي اتَّرَابٌ وَاتَّعِدْنَا الرَّسُولُ فَأَكَبَّهُنَا  
 عَنِ اللَّهِ كَشِلَ أَدْهُمْ خَلْقَةً مِنَ الشَّاهِدِيْنَ هُوَ وَمَكَرُوا  
 مِنْ قَرَابَ شَمْ قَالَ لَهُ كَنْ وَمَكَنْ اللَّهُ وَاللَّهُ خَبِيْنَ  
 قَدْ كَوْنَ هُوَ الْعَقْ مِنْ رَبِّ الْهَاكِرِيْنَ هُوَ أَنْ قَالَ اللَّهُ يَا  
 فَلَا تَكُنْ مِنَ الْمُمْتَرِيْنَ هُوَ عَبْسِي أَنِي مُنْتَوْفِهِكَ وَرَافِعِكَ  
 كَمِنْ حَاجِكَ فِيْهِ مِنْ بَعْدِ مَا إِلَيْيِ وَرَطَهُرِكَ مِنَ الَّذِيْنَ  
 جَاءُكَ مِنَ الْعِلْمِ قَقْلَ تَعَالَوْا كَغَرُوا وَجَاعِلُ الَّذِيْنَ أَنْتَهُوَكَ  
 نَدْعُ أَبْهَاعِنَا وَأَبْنَاءِكَ وَنَسَاعِنَا فَوْقَ الَّذِيْنَ كَغَرُوا إِلَيْ يَوْمِ  
 وَنَسَاءِكَ وَأَنْغَسَنَا وَأَنْغَدَكَ الْقَبَارِيْةِ شَمْ إِلَيْ مِنْ جَعِكَ  
 شَمْ نَبَهَلَ فَنَجِعَلَ لَعْنَةَ اللَّهِ فَادِكَ بِيْدَكَ فِيهَا كَنْتُمْ  
 عَلَيْ ----- الْكَانِيْبِيْنَ هُوَ وَيْهَا تَخْلَغُونَ هُوَ فَامِا الَّذِيْنَ

Quæ verba Hottingerus in Histor. quidem via est recta, cum vero per Orient. p. m. 155. sq. ita vertit: Cum lenissemus JESUS ab iis infidelitatem, didixerunt Angeli ò Maria eisdem Deus xit: Quidam affecta mei apud DEUM? annunciat tibi verbum ex se ipso, ch- jesus nomen erit Messias, Isa, filius Ma ria, quæ futuræ est spectabilis in mun do, & in altera vita ex appropinquan- tium numero, quæ loquetur homini bus in canis, & adolescens, & ex nume ro prospere agentium. Dixit illa: Do mine mihi quomodo erit mihi proles, cum non attigerit me nullus homo. Dixit: ita DEUS creat, quequid vult, cum de- crevit negotium aliquod, tantum dicit illi, esto, & exitit. Docebit autem DEUS illum librum & sapientiam, & legem Mosaicam, & Evangelium, & legatum ad filios Israël, dicentem: utiq; ego veni ad vos cum miraculo à DEO vestro. Utique ego creabo vobis de lu to ad formam avium & inspirabo illi, sicutque aves permissione DEI: Ei sanabo cæcum & leporum, ad vitam revocabo mortuos permissione DEI: Et explicabo vobis quid esari, quidque in Thesaurum reposituri sit in edib; vestris. Evidem in eo signum vobis est, si esis credentes. Et confirmabitur, quod coram me est de lege, utq; li- citia vobis faciam quodam eorum, qua verita fuerunt vobis, veniamq; ad vos cum signo (alio) à Domino vestro. Ti mete autem DEUM & obedite mihi. Equidem DEUS Dominus meus, & Do minus vester, ideoq; adorate eum: Hec Dixerunt Apostoli, nos adjutores DEI, & credimus in DEAM: Tu vero testare quod simus Moselmanni. Domine no ster credimus in illud, quod cælitus demissi, & sequimur legatum, ideo que adscribe nos testibus. Et cum fraudulenter egissent, frustravit eos DEUS, quando dixit. O JESU equi dem animam tuam dissolvam, & attolam te ad me, & sanctificabo te ab iis, qui credere noluerunt, & constituan qui secuti sunt te super eos, qui noluerunt credere in Christum. Deinde reducam vos ad me & judicabo inter vos de eo in quo fuius intor vos dissen tientes. At vero qui fuerunt infideles, eos puniam supplicio gravi in mundo & altera vita, neque iis erunt adjutores nulli. Qui autem crediderint & fecerint opera bona, iis DEUS prestatib; mercedes ipsorum: neque enim DEUS amat injustos: Hoc (disputatio nem nempe hanc de natura & officio Messiae) distavimus tibi de signis & commemoratione Sapientia plena. Evidem similitudo Isa a pud DEUM, sicut similitudo Adami, quem creavit ex terra, deinde dixit: Existe & exitit. Veritas à Domino tuo, neque esto ex iis, qui aliquid adiunt, & ei qui disputaverit tecum postquam ad te pervenit Sapientia dicitur: Accet-



Accedite quo vocabimus liberos nostros  
 & liberos vestros, & mulieres nostras, &  
 mulieres vestras & animas nostras, &  
 animas vestras deinde sincero animi  
 precemur, & imponamus maledictionem  
 Dei mentientibus. Vix prolixior  
 dabitur in Alcorano de Christo lo-  
 cusc. Ex qvo Hottingerus L. c. p. 156.  
 sgg. non male observat (1) Mu-  
 hamedanis nomine Jesu non fuisse  
 ignotum. (2) Messiae qvoq; co-  
 gnolementum apud eos & vene-  
 rabile esse, & freqvens (3) habe-  
 ri Christum pro sermone, forte  
 ex Job. I. 1. Qvamvis aliò nomen  
 petentes, modo ab Adamo, modo  
 hoc torquent Arabes, ineptam à Noe,  
 modo ab Abraham, modo  
 plane ejus rationem confingen-  
 tes, qvam indicabimus forte in-  
 fra. (4) Christum haberipro fi-  
 lio Mariae. (5) Emphaticum val-  
 de esse, qvod vocetur &c., i. e.  
 illustris & in hoc & in futuro seculo  
 illud consistit in Prophetia (Munere  
 Propheticō) in alterā vero in inter-  
 ceSSIONe. Sic enim concorditer  
 Arabes docere, addit Hottingerus,  
 Christum in Cælo Mediatoris munere  
 fungit. Qvod probat rursus ex  
 Beidavi, qvi ad finem Surat. 53. ita:  
 Pro eo Iса orat, veniamq; peccatorum  
 pro illo petit, qvamdiu supereft in  
 mundo; die autem resurrectionis socii  
 eius est. Qvod tamen de inter-  
 ceSSIONe solitaria non intelli-  
 gunt. Sic enim Christo tan-  
 qvam ad reconciliationem cum  
 DEO sanciendam insufficienti,  
 flagitosum suum Mohammed  
 adjungunt, imo præponunt,  
 prout in libris suis passim te-  
 stantur. Prolixius illud ex libro  
 qui inscribitur: *Doctrina Muham-  
 medii* docet B. Dn. D. Kortholt in  
 dessert. de Relig. Mohammed. Rossoch.  
 Anno 1663. bab. n. 14. ubi homines  
 miseriis affecti introducuntur  
 ut auxilium & intercessionem  
 à Mose, modo à JESU Christo, modo  
 à Mohammed; sed à nemine, nisi  
 ab hoc ultimo spem sibi promit-  
 tentes. Addimus (6) Christum  
 non haberi pro DEO seu filio  
 DEI, ut & mox Ben-Abdala addit,  
 sed pro creaturā, qva in tempo-  
 re existere cœpit. Hæc est ferme  
 summa omnium eorum, qvæ  
 Mohammedani de JESU Salva-  
 tore nostro credunt. Nimirum non  
 qvidem pro filio DEI; sed pro nuda  
 saltem hominie; Propheta tam  
 Magno habent, ut saepius in Alco-  
 rano vocatur, qvodque peculia-  
 ri libello prosecutus Warnerus.  
 Tres nimirum habent Moham-  
 medani Prophetas præ aliis ma-  
 gnos, primum Mosen; cuius doctri-  
 na



mus Auriacus Princeps Mauritius etiam tunc dicit & benedictam & sanctissimam Mariam (c) ejus matrē & dominam nostram

na, nempe lege, abolita, secutum pore omnibus causa salutis extiterit. Ve-  
esse docent Iesus cum doctrinā rum ea quoq; tandem praecedentium  
Evangelii; huj<sup>o</sup> vero doctrinā e modo habitā & ita abrogatā quartus  
tiam abrogatā, postremo omniū electus est Mahomedus, qui legem cum  
venisse Mohammedem cum Alco libro qvi Alcoranus dicitur, à Deo acce-  
rano, tanquam sigillo omnium pit &c. Pro magno ergo Prophetā  
Prophetarum. Alii recensent Christum habent, imo omnibus  
qvatuor. Sic enim ex Rutherford p aliis majore, Mahomede tamen  
218. Hottinger. l.c. p. 64. Septemca suo minore. Sic enim post alios  
strensi de relig. & morib. Turcar. p. 27. Abusalama fil. Saari Mauzoleus ap.  
Henning Henningius in Muhammeda Hottinger. in Promtuar. s. Bibliothec.  
no precant. p. m. 253. scribit: Com Orient. p. m. 87. Nos honoramus Mes-  
manis opinio fere omnium Turcarum siam tuum, & magni facimus poten-  
tia est de lege eorum: dicunt, primum tiam ejus, & praterimus statum ejus  
Prophetam magnum, cui data fuit lex omnibus Prophetis, excepto Prophetā  
primitus à DEO fuisse missum, i. e. DEI & Apostolo ejus Mohammedem.  
Mosen, cui datus est liber Teffrit, Imo in nonnullis magni faciunt  
quem nos Pentateuchum vocamus, & JESUM nostrum & convitiatores  
omnem hominem qui eo tempore illam ejus pœnā afficiunt. Sic enim  
legem observavit salvatum esse. Cum Turca, Judæus, aut Christianus  
autē successu temporis humana malitia blasphemans Christum punitur  
& negligentia hanc legem corrupisset, non secus ac si Mohammedem  
in bujus prævaricationis remedium electus est secundus Prophetā magnus blasphemasset; pœna vero bla-  
Davit, quem nos David appellamus, tistus fustium, & multa peculi-  
tui datus est liber Czabur, quem nos naria, teste Geusrao in descript. aula  
Psalterium dicimus. Sed hoc itidem Turcica Part. i. p. 49. ap. Henning.  
corrupto & non servato, tertius Pro- in Muhamm. precant. p. 219. Multas  
pheta magnus subjunctus est, nimirum Jesse, i. e. Iesus, qui cum tertia lege, insuper etiam de Salvatore no-  
& cum libro Ingil, quem nos Evan- stro habent fabulas, qvarum  
gelium nuncupamus, qua lex suo tem- qvædam occurrent infra.  
(c) SANCTISSIMAM MA-  
RIAM )



RIAM) Sic sentiunt Moham-  
medani de B. Maria Virgine, qvam  
pro benedictâ & Sanctissimâ ha-  
bent, qvæqve ex miraculo JESUM  
suum sine Patre pepererit. Qvod  
& Alcoranu testatur citatajam su-  
rat. 3 & alibi passim. Pessime Mo-  
hammedanos Mariam hanc, dum  
filiam Amrami dicunt, confundere  
cum Mirjam sorore Mosis, observat  
post alios Hoornbeek in Summ. Cor-  
trov. l. 3. p. m. 128. Sic enim qvatuor  
recensent mulieres perfectas,  
qvales sunt : *Asia* filia Merahæ,  
*Maria* filia Amrami, qvam & ma-  
tri Christi nugantur, *Chadiga* filia  
Hubald, Mohammedis uxor, &  
*Fatima* Mohammedis filia, qvæ  
nupta Aali. De conceptione & par-  
tu Mariae varia fabulantur. Tem-  
pore enim Mohammedis cir-  
cumferebatur libellus de miracu-  
lis Christi infantia, vulgo sub titulo  
*Evangelii à Petro conscripti*, titulus  
integer à B. Hinckelmano in prefat.  
ad Alcoran. lit. c. Sic exhibetur :

كتاب عجائب وآيات من بني  
موسى وصورة يسوع المسيح ابن  
الله الذي أتىكم من أجل الطغول بهمة  
miracula & res gestæ Domini nostri Iesu Christi filii DEI

vivi, vulgo Evangelium infantie di-  
cta. In hunc, judice B. Hinckel-  
manno infelici suo & aliorum fato  
cum adjutoribus suis incidit im-  
postor, & passim multa ex eodem  
in Coranum suum transcripsit, ma-  
gno suo opprobrio & novæ reli-  
gionis detrimento. Multas fa-  
bulas liber hic continet de Chri-  
sto, ita & de ejus conceptione &  
partu, qvas & Mohammedani  
passim habent. Conf. & fabulas  
illas, qvas recenset Hoornbeck l.  
c. de Mariæ cibatione in templo  
miraculosa, item qvomodo con-  
ceperit, cum esset annorum tre-  
decim, & pepererit octavo à  
conceptione mense, qvi partus  
juxta Muhammedanos hæc fabu-  
lantes nunquam vitalis, præter-  
qvam in JESU. Et deniq; qvomo-  
do pepererit ad truncum pal-  
mæ, qvæ per multos años infru-  
gifera, nato Christo, eoqve ma-  
trem svadente, ut illam frugis  
accipiendæ causa concuteret,  
mox floruit ac dedit dactylum  
recentem, cuius elu Maria à par-  
tu refocillata fuerit. Et qvæ his  
similia, qvæ passim in Moham-  
medanoru scriptis reperiuntur.  
Conf. & Horstinger in Histor. Orient.  
l. 1. c. 3. n. 5. & 6. p. 141. 199. Qvam  
& Servatoris JESU Christi filii DEI  
absurde Pontifitii pro Mariæ im-  
pecca-

nostram Virginem. Qvæ peperit & concepit miraculo ex DEO omnipotenti (cujus proprium est miracula condere) nec apud nos habetur filius DEI (d) (ut Portugalliae Princeps voluit) Hoc enim impossibile est, ut postea patebit, ob varias causas. Causæ enim duæ me moverunt, cur nunc potius, qvam tunc respondere maluerim. Prima, qvia tantæ interrogationi non potuit satisfieri ita breviter interprandendum.

peccabilitate Mohammedis suffici se castigatos esse fateri defragium urgeant, cum Andr. Ribent. Ex cultu enim argumento explodit, mox & refutat Hottinger l. c. n. 4. p. 138. sqq. Rectius dixerimus castigari à Mohamme Pontificios ob cultum Mariæ, dum docet, Christianos Mariam habere pro Deo. Qvod qvidem Marraccius in Prodrom. ad refutat. Alcoran part. 3. c. 5. p. m. 89 de Collyridianis, alii de Melkitis expllicant. Qvod vero de his ex antiquitate probari non posse autument alii. Illos qvod attinet, observat Maxime Rev. Dn. D. Job. Michael Lange in Ep. ad Illustr. Wagenfeil. de fab. Mohammed. c. 2. §. 20 p. m. 42. sq. hæresin eorum non tam theoreticam fuisse, qvam prædicam, qvippe nullibi legatur eos docuisse, Mariam esse DEum vel DEam. Sed tantum eos cultu, non autem dogmate, Mariam pro hoc est Mohammedanorum DEO introducere studuisse. Et dogma erroneum maxime funsi ex hoc accusatio Mohammedanorum, Christum non esse Filium dis orta, revera etiam Pontificis DEI, nec verum DEUM. Sic enim expresse

(d) FILIUS DEI) Commune  
Mohammedanorum  
maxime fundamentale, Christum non esse Filium  
DEI, nec verum DEUM. Sic enim  
expressæ

expresse & Alcoranus nō sine blasphemia docet Surat. 5. v. 76. p. 103.

MS. Turcici de cognit. DEI & Hominis ab Azizo Nephao script. in nor.

D. 2. Miranda autem sunt, qvæ B. Dn. D. Abraham Hinkelmann in Dottissima illa prefat. Alcorano arab. premiss. lit. f. refert, admirandam nimirum veritatis vim jam in aulam Imperatoris Turcici ita se penetravisse, ut qvi humanissimi & acceptissimi in eadē Qvo placito vehementer sibi habentur, jam Christum verum DEum, & Redemptorem mundi publice profiteri inciant, qvos pllices esse putant eosq; cachinno excipiunt. Unde qvoque am fidem obsignasse, adeo ut Henning in Muhammed precant. p. m. 43 refert, accidisse, ut legatos sereniss. sui Principis in Persia Medicus qvidam Arabs Muhammadus per ingens ludibrium interrogarit: Quid de Christo sentirent, numquid DEUM illum esse crederent? Testem citat Olear. in Itiner. Pers. p. 429. Persuadebat sibi nimirum homiste, stolidos & ridiculos esse legatos, qvod tale dogma amplecterentur & pro rato haberent. Imo haec princeps causa est, qvare nos infideles vocant, qvod scil. CHRISTI Hominis Divinitatem agnoscamus. Id enim ita accipiunt, qvafsi locum DEO tribuamus, & porro plures DEOS statuamus. Conf. B. Andr. Muller, Excerpt.

شَعُوب مُسْلِمَةً Populus Messiae audit. Tērem citat virum Ilustr. Dn. Paulum Ricaut Consulem olim Smirnensem, & ad Muhammed. IV. Regis Magnae Brittannie legatum, post Guilielmi M. in Urbe Hanoverensi Residentem. Cujus hac de re verba ex tractatu Anglico: *The History of the present state of the Ottoman Empire* l. 2. c. 16. p. 244. latine ita sonant: *Exorta quoque est nuperis temporibus opinio inter eos, qvi in Gyneco (Seraglio) Imperatoris, ut & promiscue in Urbe Constantinopolitana humanissimi habentur, qvam qui profentur, Schuubol-Messibi, s. Seclatores Messiae audiunt. Hi defendant sentiam, Christum esse DEum, & Redemptorem*

dendum. Secunda, qvia in re tam seria & salutis nostræ nolui mihi ipsi fidere, inconsultâ interpretatione (e) Sacri nostri Alcorani, libris qvi agunt de unitate (f) scriptis à Zidi Mehemet Elemuci, & Zidi Mohamet Eleir, viris Sapientibus nostræ legis, & aliis iis similibus. Volui pariter relegere,

zorem mundi. Adbarer autem eidem ut plurimum juventus nobilior in aula Imperatorū, p̄cipue ii, qvi p̄a alii morati, affabiles & ad majorem vite culum formati sunt: adeo, ut in proverbium abierit, si quis à morum & vita elegantia aliquem laudare velit, Schab-Messibasan eum vocaret, quo nibil aliud significatur, quam tantā amanitatem vite & benevolentiam erga alios abundare, qualis eum deceat, qui Messiam profiteatur. Horum magnus numerus Constantinopoli, quorum nonnulli tanta animi constantia hanc doctrinam asseruerunt, ut Martyrium hoc nomine tolerarint, prout & adhuc defenditur, & clam propagatur inter eos, qui albo capitiis involucro (Turbant) utuntur. Addit B. Hinckelmanus: letta hæc mihi sunt profectio non sine stupore, mirisque animum ad laudem divine Providentie excitarent. Eadem ex Hinckelmano excerpta est Cl. Dn. Tentzel. in den Monach. Unterr. A.D. 1694. mens. sept p.m. 724 sq. Imo & jam antea inter Mohammedanos aliquando inventos fuisse, qvi Salvatorem

nostrum pro Redemptore hominum proq; DEO agnoverint ex Relat. di Constantinop. Part. 1. fol. 27. refert. B. Andr. Muller. l.c. Et illi qvi Hojearane sectæ inter Mohammedanos sunt, fatentur Christianum verbum DEI eternum esse, quod in tempore incarnatum sit, teste Abulfaraj p. 21. Sed mox Socinianam distinctionem eterna & temporalis, perpetua & nova Divinitatis arripiunt. vid. Pococke Not. ad Abulfarai p. 218. Qvæ vero Mohammedanus noster contra affert, ea, ut promittit, infra occurrit, adeoque & ibi ea animadvertemus.

(e) INTERPRETATIONE.) de Alcorani interpretibus prolixius agit Hottinger. in Promtuar. s. Bibliothec. Orient. p. m. 158 sqq. conf. & Disq. sub Präsid. nostr. hab. qvæ exhibet Histor. literar. Alcoran. §. II.

(f) de UNITATE.) Est hic unus ex principalioribus fidei Mohammedanæ articulis, in quo simul S. S. Trinitatem peritus evertere conatur, ut infra

relegere Sacram Scripturam & Evangelia (g) ex qvibus  
qvædam addidi huic scripto, ut patebit legenti.

## C

## Viden-

fra videbimus, adeoqve sæpius de hâc materiâ scribunt Mo- tur in disputatione Arabicâ Rom. A.  
hammedani. Ad qvos & refe- 638. hab. Preſide R. P. F. Dominico  
rendi illi, qvos *Ahmet Ben-Ab-* Germano, qvam cum versione lat.  
*dala* hic prædicat, de qvibus ve- exhibit. Et Mohaffiedani cum a-  
ro auctoriſbus hucusqe nihil liqvam S. Codicis ſententiam al-  
ſingularis habere licuit. Citare legant formulâ illâ præponunt:  
& Africanus hic potuifſet, ſi tum *Dictum Altissimi*, qvâ in Alcorani  
temporis extitit, *Alſieeb Habi-* versib⁹ allegandis uti conſeve-  
*Ben Abdalbarim* librum *viri per-* runt. Hinc arguit *Lud. Marraccius*  
fectiſ. *Perfectionis Humane*, itidem in Prodrrom. ad Refutat. Alcor. Part. I.  
ap. Mohammedanos Africanoſ ſcriptum, in qvo integra capita in append. in fine, Hottingerum, qui  
de DEO ejusq; eſſentiâ & unitate ha- Mohammedanos S. Scripturis contra  
bet. Cujus MS. aliqvod olim pe- nos non ferio, neq; qvode eas ut verbum  
nes Selenum fuit. vid. *Eiusdem tr.* DEL agnoscant, ſed ad hominem tantū  
de Synedriis l. 2. c. 4. p. m. 574. uti pronunciat. Locum ex Hottingero  
non citat Marraccius, nechâc vice  
occurrit, adeoqve de mente ejus  
judicare nō poſſumus. Aliâs cer-  
tum, & in ipſo Alcorano utriusq;  
Testamenti libros pro divinitus  
revelatis haberij, æq; ut ferme Al-  
coranū. Sic enim Sur. 3. v. 1. & 2 p. m. 41  
בְּתוֹבוֹת  
(g) SACRAM SCRIPTU-  
RAM Per Scripturam procul du-  
bio intelligit libros V. T. more  
Doctorum Hebræorum, qvi li-  
broſ V. T. ſæpius vocant *Scripturam*, & per *Evangelia* libroſ  
N. T. Et ſic Muſelmanni libroſ  
fere omnes tam V. qvam N. T.  
tanquam divinos agnoscere vi-  
dentur, cum eorum testimoniiſ  
contra nos & pro fe diſputare  
ſolent. Ut inter alios *Hackſpan*  
de uſu libb. *Rabbin.* c. 2. n. 145. p. m.  
397. eqq. probat ex epiftola, quæ legi-

لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ الْعَزِيزُ الْعَظِيمُ  
تَنْزِيلُ أَبْرَقِي الْكِتَابِ بِالْحَقِيقَةِ  
مَصْنَعُهُ لِمَا بَيْنِ يَدِيهِ وَأَنْزَلَهُ  
الْمُوسَى وَالْإِنْجِيلُ مِنْ قِبَلِ  
هُدَىٰ الْمَهْمَاسِ وَأَنْزَلَ الْغُرْقَانَ فَ  
Nullus

Videntissimum est ab Adamo nostro primo parente in  
hæc usque tempora nunquam DEum dedisse, nisi unicam le-  
gem. (h) Et quamvis dentur multi & diversi Prophetæ, o-  
mnes

Nullus est DEUS alias præter DEUM.  
Misit ad Te librum (Alcorani) in ve-  
ritate, confirmantem libros anter e re-  
velatos: & miserat ante Pentateu-  
cham, & Evangelium ad hominum di-  
rectionem, misit & Alcoranum &c.  
Et quamvis Alcoranus nonnisi  
Pentateuchi & Evangelii mentio-  
nem faciat, Pentateuchi tamen  
nomine omnes V. T. libros in-  
telligi observat Marraccius l. c. &  
in opere ipso Part. scl. 1. p. m. 14. sq. par-  
tim ex Ebreis, qui idem facere  
consueverunt, ut affirmat R. Be-  
ebai in Cad Hakkemach in voce  
Succa: partim ex præcipuo quo-  
dam Doctore Mohammedano  
Abmed fil. Abdolhalimi, qui part. 2  
Apolog. contra Christian relig. pro Se  
etâ Muhammed, ita: Sub hoc nomine  
Pentateuchi veniunt generatim omnes  
libri Sacri, qui à Scripturalibus (qui  
ipſi sunt Judæi & Christiani)  
leguntur. Atque ita ingrediuntur in  
hoc nomen Psalmi Davidis, & Prophe-  
tia Isaiae, & ceterorum Prophetarum  
libri, excepto Evangelio. Sic sub no-  
mine Evangelii intelligunt juxta  
eundem Marracium ceteros libros  
N. T. Sic enim idem Author Mo-  
hammedanus jam citatus aliquique  
adducunt auctoritate & ex episto-

lis Petri, & ex Actis Apostolicis & A-  
pocalypsi, non secus ac ipsorum  
Evangeliorum testimonia. Ad  
minimum admissis Evangelii  
& reliquos N. T. libros admit-  
tere per necessariam conse-  
quentiam Mohammedani co-  
guntur. Ex quo capite facilior  
rem esse operam cum Moham-  
medanis disputare, quam cum  
Judæis, observat cum Ravio pane-  
gyr. 1. p. 16. 17. B. Hinckelmann in Pra-  
efat. Alcor. lit. f. 1. Sed in eo ma-  
xime errant Mohammedani (1)  
quando statuunt, utrumque Te-  
stamentum Vetus æque ac No-  
vum per Alcoranum esse abro-  
gatum. (2) Scripturam tam V.  
quam N. T. æque per Christianos  
ac Judæos esse corruptam,  
dum nimis nomen Moham-  
medis sit erasum, tot sibi contra-  
dictant reperiantur loca, &  
quæ his similia, ad quæ respon-  
det Guadagnol. in Apolog. cap. 4. & 7:  
Conf. & Hoornbeek in Summ. Con-  
rov. l. 3. p. m. 100. sqq. Hollinger. in  
Hist. Or. l. 2. c. 3. p. m. 364. M. Chri-  
stian. Hoffmann. Umlbr. in luce. I. §. 3.  
p. m. 26. & §. 12. p. 36.

(h) LEGEM) Per legem hanc  
ut



mnes tamen unanimes sentire DEUM esse unum. A quo  
qvam humiliter peto, ut velit impertiri lumen gratiae suæ in-  
tellectui meo, ut possim aperire, & exprimere altissimum  
illud verbum Unitatis, qvod qvamvis ipso Sole sit clarior, in  
parte tamen aq vilonari jamdudum fuit obscuratum ( i ) te-  
nebris interpretum, & defectu veri sensus Sacræ Scripturæ.

Serenissimi Principes, si quid adversus vestram reli-  
gionem postea liberius dixero, ignoscite. Dignum enim ve-  
niā puto eum, qvi causam religionis propriæ tuendam susci-  
pit, hoc enim ideo solum fiet, ut per contraria magis (\*) \* Clarius  
appareat ipsa veritas. Sic per diem novimus noctem, &  
per lumen tenebras.

Qvisquis igitur scire cupit, qvæ sit lex Mauris ? sciat,  
summam & symbolum fidei Maurorum iis includi verbis :  
Credo ( k ) in unum solum DEUM. Credo in Angelis

C 2

(l) ejus

ut ex subsequentibus patet, non haimmedani. Aliás commu-  
aliud intelligere videtur, qvam nissimam Mohammedanorum  
doctrinam illam de unitate DEI, fidei Symbolum hoc solet esse:  
qvam procul dubio legem vo- la ilba illa alba Mohammed rasoul  
cat, qvia instar legis credi inter ilba, i. e. non est DEUS nisi verus  
ipos jubetur, ita ut excludatur ille DEUS, & Mohammed est ejus An-  
personarum Trinitas.

( i ) OBSCURATUM) Hic  
tenebræ volunt reformatre lu-  
tem. Utinam Ahmed Ben Abdala  
ipse non plusquam Cimmerii  
immersus fuisset tenebris inter-  
pretum suorum, ex defectu veri  
Scripturæ sensus.

( k ) CREDO) Ut & nos danus. Qvam integrum Histo-  
Christiani varias habemus Sym- riam recenset Hottinger in Hist. O-  
borum formulas, sic & Mo- rient. t. 2. c. 1. p. m. 315. Conf. &

Henning.



(l) ejus omnibus, Scripturis, & Prophetis (m) qvos misit in mundum nemine excepto , nulla factâ differentia inter ali-qvos Prophetas & nuntios ejus. Etiam credo diei judicii.

(n) Credo

*Henning. Mubammed. precant p.m. 21.* qvod. baptizabatur , & postea Sed & alias habent formulas, doxologia illa usitissima: *Gloria Patri & Filio & Spiritui S. ita qvarum tamen omnium summa est unitas DEI, qvemadmodum & ex præ senti Maurorum formula patet. Qvare & vel sola hæc formula: non est DEUS, nisi DEUS unicus sæpius in Alcorano, commentariis, precibus eorum tam privatis qvâ publicis, acclamatio-*

*nō est Deus nisi unicus, neq; est ei socius.* *Illinc etiam numismata habent ad hunc modum inscripta, qvo- rurum veterum qvatuor apud se fuisse testatur Seldenus, & effigiem eorum exhibet in tr. de Synecriis l.2. c. 4. p.m. 578.* Qvales monetas consimili arguento inscriptas pergrinantibus amoleti loco Mechæ sacerdotes Turcicos communicare solere, refert M. Hoffmann in umbra in Luce c. 2. §. 15. p. 66. Nimirum qvemadmodum ex recepta de Christianismi Trinitate in Sacris professionem, antiquitus nata est formula baptismatis, ut & baptizatus profiteretur, se credere in nomen illud , in

*qvod minus velut ex opposito Mohammedani hanc suam de unitate antilogiam excogitasse videntur, non absurde judican- te Seldeno l. c. Eandem contradictionem & Abmet Ben Abdala intendit adducto Maurorum Symbolo, dum Christianis S. S. Trinitatem confitentibus se opponit. De reliquis, qvæ præter ea de unitate in Symbolo hoc Maurorum occurruunt, conf. notas subseqventes.*

(l) ANGELIS) & in Angelos à DEO creatos credunt Mohammedani, qvos & adorant, sic inter alia legimus precat. 4. qvæ occurrit in Henning. Mubammed, precant p. 91. configlio ad verba DEI perfecta & salvantia: & ad ordines Angelorum nubibus agendis praefectos, & meditationi Alcorani deditos. Qvamvis Mohammed in Alcoran. Surat. 6. v. 100. hoc exprobret Koreishitis, qvod DEO posuerint socios Angelos, propterea quod coluerint eos , disserintque: Angeli sunt filie DEI. Varias

(n) Credo præterea qvicq; vid est, sive id nobis ar rideat sive non, creatum à DEO. (o) Hæc est summa, qvæ inqvirenti statim fiet palam.

DEus igitur dixit in Sacris litteris se venturum per Jorocina, (p) & provenire intelligitur sancta ejus lex, & fore ut splendeat per Zager, (q) qvod est Jerutalem, & fore ut exaltetur in Pharan, qvod est idem ac Mecha, ubi apparuit noster Sanctissimus Propheta & DEI nuncius Mahumetus. Hæc tria hic notanda sunt. Jorocina esse montem Sinai, ubi Mosi DEus dedit tabulas. Zager esse Hierusalem, ubi hæc ipsa lex DEI splenduit per Christum Jesum Dominum nostrum, qui semper est habitus Propheta DEI, qui etiam dixit, se non venire destruere tabulas Mosis, potius confirmare eas, in cujus

C 3 rei

rias illas fabulas, qvas Moham- & ut alios taceamus, Hoornbeek l.c.  
medani passim de Angelis ha- p. 156. 199.

bent, hæc vice, cum brevitati

studemus, tacemus.

(m) SCRIPTURIS & PROPHETIS, de his jam supra egimus.

(n) DIEI JUDICII) Et extre-  
mum aliquod Judicium credere  
Mohamedanos & ex Alcorano aliis que eorumdem scriptis sat ab-  
unde constat, qvamvis & hic va-  
rias fabulas habeant, de qvibus ex aliis prolixè agit Henning.

Mohammed. precant. p. 408. sq. conf.  
& Hotting. in Histor. Orient. p. 418  
sqq. Sr. de Moni aux Histoire Critique  
de la creance, & des coutumes des Na-  
tions du levant chapit. 15. p. m. 168. sq.

(o) CREATUM) Omnia à

Deo esse creata docent Mohamedani, etiam mala. Sic enim

prec. 4: qvæ occurrit in Henning.  
Muhammed. prec. p. 89. precantur:

imo confugio ad Dominum creature-  
rum omnium, ut me custodias à mala,  
qvod creavit. Qvod est delirium  
Mohamedis in Alcorano Surat. 16.  
Qvæ mala procul dubio intelli-  
gunt Mauri, qvando mentionem  
faciunt & eorum qvæ nobis non ar-  
rident.

(p) JOROCINA In fine MSti  
hujus qvod coñunicamus, inve-  
nimus; sed nescimus cuj<sup>o</sup> manu?  
utrum Selæni an alias? annota-  
tum

rei fidem circumcidi voluit. Pharan (r) denique esse Me-  
charn, ubi hæc eadem lex unitatis exaltabitur; i. e. clare ap-  
parebit, & magni fiet.

Omnibus jam notum, & manifestum est, hoc intelligi  
&

cum, tria vocabula inveniri in *Originali*, qvæ ipsius judicio vi-  
dentur corrupta, qvæ nisi sint  
arabica (auctoris venia) putat  
aliter debere scribi. Et quidem  
primum vocabulum est præsens  
*Jorocina*, pro qvo vult substitui:  
*Jorath Sinay*. Qvod vero procul  
dubio itidē corrupte scriptum,  
putamusque genuinam lectio-  
nem esse: *Thurofina*, qvod idem ac  
*Mons Sinay*. طورس *Thuro* enim Ara-  
bibus significat montem. Qvam  
lectionem seqvens observatio  
confirmabit.

(q) ZAGER) Hoc est alterum  
illud vocabulum, qvod modo  
memorata annotatio vult esse  
corruptum, & pro qvo legi de-  
beat: *Hager*, de qvo *Paulus Gal.*  
*IV.* verum malimus retinere le-  
ctionem *Zager* pro *Zajer* sive  
*Sajer*, sive *Seir*. Sic enim qvæ hic  
docet Mohammedanus desumpta  
sunt ex *Dexter*. *XXXII. 2.* qvi locus  
arabicè sic sonat: *النور* نور

وَلَمْ يَأْتِ بِنُورٍ طَوْرٍ وَلَمْ يَأْتِ  
بِنُورٍ وَلَمْ يَأْتِ بِنُورٍ وَلَمْ يَأْتِ  
بِنُورٍ وَلَمْ يَأْتِ بِنُورٍ وَلَمْ يَأْتِ  
بِنُورٍ وَلَمْ يَأْتِ بِنُورٍ وَلَمْ يَأْتِ

*venit lux à monte Sina, & illuxit no-*  
*bis de monte Seir, & manifestata est*  
*super nos de monte Pharan. Qvod*  
*dictum ita explicit Moham-*  
*medani, ut hoc loco Ahmet Ben*  
*Abdala, Venit lux ex Thurofina, ex*  
*monte Sina, indicium esse revela-*  
*tionis Mosi factæ in monte Si-*  
*nai: Illuxit ex Seir, vel Sajer signū*  
*esse revelationis Christo factæ in*  
*Jerusalem, seu ut alii explicant ex*  
*Mohammedanis, de terra Galilææ.* Nainqve *Seir* significat i-  
pis terram Galilææ, qvam ha-  
bitavit Christus in oppido ex op-

pidis ejus, qvod vocatur *Naza-*  
*retb*, unde cultores Christi *Naza-*  
*renos* vocant. Et denique manife-  
stationem de monte Pharan Mo-  
hammedi tribuunt. vid. Episo-  
lam illam arabicam ab *Hackspanio*  
exhibitam in *Tr. de usu libb. Rabbin.*  
*e. 2. n. 145. sq. p. m. 400.*

(r) PHARAN) Id explicit  
*Epistola arabica modo jam citata,*  
*ubi ita: Etenim Pharan est mons in*  
*finibus Meccha itinere unius dies.*  
*Qvod & confirmat Albaresta-*  
*nius ap. B. Job. Frischmuth in Diss.*  
*ad loca quedam Script. quibus Turca-*  
*rum*

& dici de nostro sanctissimo Propheta Mahumeto, (s) qui est plenitudo legis DEI, & ille ipse Paracletus, de quo fit mentio in Evangeliiis. (t)

 ut divina admittant, fateri de- gaudet (3) opera divina qvibus  
 bent asserti hujus veritatem. Declarat (4) cultus ille divinus,  
 qvā præ alis admodum solide qui ipsi exhiberi debet. Qvæ  
 etiam agit B. Dn. D. Michael Wal- omnia infinitis Scripturæ dictis  
 ther in dissert. de Jesu ante Mariam qvibus ipsi Mohammedani con-  
 Witteb. Ann. 1688. hab. p. 35. u. qd. ad tradicere nequeunt, Systemata  
 fin. (2) qvia missus est à Patre, nostra probant. Dicimus (IV)  
 cum carnem assumeret Gal. IV, 4 Et sic Christus Filius DEI est non ad-  
 ergo ante Mariæ conceptionem optivus, sed naturalis, ex-sentia Patris  
 jam extitit. (3) qvia jam extitit ab æterno genitus. Prob. (1) non  
 ante Prophetas I. Petr. I, II. tem- saltem ex illis locis qvibus dici-  
 pore Davidis Math. XXII, 43. tem- tur expresse Filius DEI, verum  
 pore Jesiae Job. XII, 41. tempore & ex illis locis, in qvibus cum  
 Israelitarum in deserto I. Cor. X, emphasi vocatur filius DEI n-  
 4. &c. Dicimus (II) Ino & jam an- nigenitus Job. I, 14. c. III, 16. & pro-  
 te conditum mundum ab omni eterni- prius Rom. VIII, 31. &c. (2) qvia  
 tate extitit. Prob. (1) qvia ver- Christum verum DEum esse jam  
 bum dicitur fuisse in principio Job. probatum est. Hinc cum is ipse  
 I, i. qui vero in principio fuit, verus DEUS & Filius DEI audit,  
 ille & jam ante principium de- non nisi per generationē qvan-  
 buit fuisse. Qui vero ante prin- dam æternam hoc fieri potuit.  
 cipium fuit initium non habet Qvā & confirmant tot Scripturæ  
 & per conseqvens ab æterno loca. Sunt qui putant, non nullos  
 extitit. (2) Qvia Apoc. I, 8. dici- Mohammedanos veritate loci il-  
 tur qui est, & qui fuit. cum qvo lius Psalm. II, 7. ita convictos fui-  
 conf. Ebr XIII, 8. (3) qvia expres- se, ut eum de Christo explicave-  
 se Christus dicitur sapientia hy- rint, quemadmodum Gaudago-  
 postatica, Lyc. VII, 35. sapientia in meminit, celeberrimum il-

lum

lum inter Mohammedanos libri Chamusi auctorem ejus sententiax esse; alia tamen Mohammedanorum scripta contrarium loqvuntur, licet contra veritatem, qvæ utique in citato loco clarissima est. conf. & hic *Marracc. in Prodrom. part. 3. c. 15. pag. m. 301. sq.* Brevitati studentes reliqua taceamus, qvæ ex Christianorum prolixioribus Systematibus peti poterunt. Dicimus (V) Idem bic ipse Filius DEI, ut impletione legi & effuso suo Sangvine Justitiae divina satisfaceret, in plenitudine temporis humanam assumit Naturam. Qvod prob. (1) ex tot V. T. vaticiniis, in quibus Messias ut verus DEUS & verus homo describitur. Vide ex infinitis aliis locis plane egregium dictum *Jerem. XXIII, 5. 6.* petitum *C. XXXIII, 15, 16.* (2) ex dictis N. T. ubi clarissima litera est *Job. 1, 14 & 1. Tim. III, 16.*

(g) SEPARARI) Hoc non sequitur ex Christianorum Doctrinâ. Non enim ita generatur Filius DEI, ut separetur ab essentia DEI, est enim *ōμούσιος* cum Patre. Nec diminuitur nec augetur hinc essentia DEI, qvæ ubi vis à Christianis creditur immutabilis, nec separatur Filius à Patre, ut pars qvædam. Contrarium patet ex *πέντε φημίσι*: illâ & lat. Sic enim (1) confundit imaginem

*αὐτοὶ οἱ Χριστιανοί*, qvam Christiani in SS. Trinitate est credunt ex *Job. XII, 10. C. XVI, 21.*

(h) PRONUNCIATIONE &c.) Confunditur hic verbum *αὐτοὶ οἱ Χριστιανοί* cum *τριάδι*. Hoc non illud nos Christiani intelligimus, quando Christum ut verbum ex essentiâ Patris prodiiisse credimus. Hinc nec tabulae Mosis possunt dici DEUS, qvia spectant ad verbum DEI *αὐτοὶ οἱ Χριστιανοί*, non *τριάδι*.

(i) GENERATUM IN MENTE) Hic rursus non recte intelligit Mohammedanus Christianos, quando enim hi cum Patrib<sup>9</sup> nonnullis dicunt, patrem mente seu cogitatione genuisse Filium, sicut verbum nimirum, internum per cogitationes mentis dignitur, tum saltem similitudine qvadam utuntur ad mysterium hoc aliqualiter illustrandum, non vero ad modum generationis, qvi inenarrabilis est, determinandum, proprie vero loqvuntur Christiani cum Scripturâ, cum docent, Filium ex essentiâ Patris ab eterno esse genitum, & hinc esse Filium ejusdem ut essentia, ita & æternitatis cum Patre. Hæc cum non intellexerit Mohammedanus, varia absurdâ cumülat. Sic enim (1) confundit imaginem

Sed hic animadvertisendum est, nomen DEI non pertinere, nisi illi soli, qui caret principio, fine & mutatione, (k) qui non metitur tempore, quia DEUS est unica essentia, a quo tempore praeterito nihil detractum est, neque futuro quidquam ei potest accedere, cum sit stabilis & permanens. Sed Christus D. N. JESUS, quem dicunt esse DEUM & hominem, quando in aeternitate erat in Patre, non erat in ventre Virginis Mariæ, sed potius, postquam DEUS creavit Virginem Mariam, venit prius in ventrem ejus, quare ergo vocant DEUM eum, qui mutat locum quem antea non habebat? Præterea quando erat in Patre, erat omnino expers carnis. Sed tandem in Virginis ventre, ubi acquisivit id, quod

G

antea

imaginem essentiam cum accidentalis: Non in hoc, sed in illo sensu Filius Dei dicitur *imago Patris*. (2) Absurda est argumentatio, quod Filius Dei post imaginationem demum fuerit, non vero ante eam, cum certum sit & dudum similitudinibus quibusdam, e.g. radiorum solarium, fontis scaturientis, a Christianis declaratum, dari quandom emanationem etiam effectus a causa, qui cum causa sua fit tempore simul. Multo magis hoc loco Filius aequaliter aeternus erit ac Pater, cuius egressiones ex Patre essentia sunt aeterno, Mich. V. 2. adeoque hic nullum concipiendum, quo Pater fuerit prior, & Filius posterior

cum simul ab omni aeternitate fuerint, licet modum nesciamus, qui & tremendum hocce Mysterium magis miramur, quam rimamur. (3) Frustra instantia assertur a creaturis ab aeterno in mente Dei imaginatis, quippe quae essentiam ab aeterno non habuerunt a Patre per generationem communicatam, ut Filius; sed in tempore saltem eam, & quidem in creatione acceperunt.

(k) MUTATIONE) Argumentum Mohammedani contra Aetatem Filii Dei forte hoc erit: Quoniam non caret principio, fine & mutatione, ille non est verus Deus. Atqui Christus. E. Min. prob. quia homo natu sinitum habuit, & mutavit locum, quem antea non habuit, & in

antea non habebat. Sane ipsi sibi ipsis contradicunt (1) dicentes, prius fuisse in Patre, postea in ventre Virginis, prius Deum, postea hominem. Nam cum Deus sit proprium nomine creatoris, & homo creaturae, impossibile est, quod idem sit creator, & creatura. Creator enim est prius creatura, & in DEO ut dictum, non datur prius vel posterius.

Christiani explicantes Trinitatem ajunt esse DEUM unum & trium, tres Personas, & unum solum DEum, id est, DEum Patrem, DEum Filium, & DEum Spiritum Sanctum. ita ut Filius sit æque plene & perfecte DEus ac Pater, & pariter Spiritus Sanctus. Qvibus respondeo unicam & simpli-

& in Virginis ventre acquisi-  
vit, quod antea non habuit &c.  
*Respond.* Neg. absolute *Min.* Nam  
(1) Filius Dei carnem assumens  
non mutatus est, nec passus est  
physice aliquid (qvomodo à cor-  
pore anima per unionem pati-  
tur vel mutatur?) Sed potius  
immutabilis egit. Λόγος enim  
carnem assumit in sui perso-  
nam, in subsistendo humanita-  
tem terminavit, & immeatione  
illa activa intime & circum circa H. N. pervasit. Non vero  
contra Humana natura altera-  
vit Divinam. Et sic Deus caro  
qvidem factus; non vero in car-  
nem transmutatus est. Mysterium  
hoc credimus, qvia revelatum  
est Job. 1,14. qvicquid etiam con-  
tra oggianat ratio, qvæ & hic

captivanda est. (2) qvæ in ventre  
Virginis Christus acquisivit, ea  
non secundū Divinam naturam,  
sed secundum H. N. acquisivit.  
Et distingui hic omnino debet in  
ter subjectum quod & quo, quod ubi-  
vis confundit Mohammedanus.

(1) CONTRADICUNT) Novum argumentum hoc est con-  
tra Divinitatem Filii Dei, dum  
Mohammedanus putat, contra-  
dictionem esse: in Patre esse, &  
postea in ventre virginis, crea-  
torem esse & creaturam. Resp.  
(1) Nulla hic contradicatio. Di-  
versus enim hic datur respectus.  
In Patre Christus ab æterno fuit  
secundum Divinam N. in ventre  
virginis fuit secundum H. N. (2)  
Mohammedanus concipit sibi  
hominem Deo personaliter oppositum.

At



simplicem essentiam non constare partibus (m) inter se distinctis, hoc esse proprium mixtorum & compositorum corporum. Et cum DEus sit unus solus in essentia & attributis, nulla potest assignari causa alicujus distinctionis personarum, vel partium. Nam eo ipso, quo daretur in DEO aliqua distinctio partium vel personarum, non esset DEus, quia quicquid constat partibus, necesse est, quod sit creatum, vel factum ab alio, & quod sit compositum; & omne quod compositum est, non potest carere suis partibus. Igitur si quod asseritur a Christianis verum, Essentiam DEI esse tres personas, & ex omnibus simul fieri unam, non posset dari Pater sine Filio. (n) Filius sine Patre, & Spiritu Sancto. Si dicant, posse dari unum sine aliis duobus, igitur duo alii sunt superflui omnino, & daretur aliquid superfluum in DEO. Quam vero detestandum hoc sit ipsi viderint.

Quomodo autem haec unitas DEI intelligi debeat, ap-

G 2 pa.

At Christus talis homo non fuit, quia Deo (cum tota plenitudo divinitatis in illo habitet σωμα τινῶς Coloss. II, 9.) personaliter unitus est.

(m) PARTIBUS.) Denuo hic argumentatur Mohammedanus contra Mysterium SS. Trinitatis h.m. Quid constat ex partibus, id ceu compositum Deo non competit.

Argvi Trinitas. E. Min. probat, quia personæ sunt partes. Respond. Neg. Min. Vocabulo enim *Persona* hic plane ineptissimus significatus, *partis* scilicet, tribuitur,

quæ spectat ad totum aliquod compositum, seu mixtum. Quod in sensu nemo Christianorum, orthodoxorum scil. unquam descripsit vocabulum *Persona*, quod potius de *subsistendi modo* explicant. vid. Systemata Nostrarium, & omnis absurditas, quam hic Mohammedanus fingit, evanescet.

(n) PATER SINE FILIO &c.) Et hic in sententiâ Christianorum nihil est absurdum, modo notetur distinctio inter ordinem in subsistendo, & in agendo, & inter

paret in animâ (o) rationali evidenter, si attente quis consideret ejus essentiam, qvæ una & sola expers etiam omnis compositionis & partium reperitur. Anima non est in corpore eo modo ut aqua in vase. Aquæ enim partes, qvæ inferna vasis occupant non sunt eædem, qvæ superna occupant, unde fit, ut etiam infernæ partes prius calefiant supernis. Si hoc idem fieret eodem tempore partes animæ possent intelligere, aut percipere discursum, aut rationem aliquam, quam tamen reliquæ partes non perciperent. Unde sequeretur absurdum, eandem animam eodem tempore intelligere & non intelligere, quod omnino ideo repugnat suæ essentiæ & naturæ, quia est una sola essentia expers omnis compositionis & partium. Cum igitur in animâ à DEO creata reperiatur hæc excellentia unitatis & individualitatis, quanto perfectius reperietur in ipso Creatore, qui creator est omnium, & causa causarum, in quo non est prius & posterius, cui omnia sunt præsentia, tam præterita quam futura, qui nihil ignorat, qui novit, quot guttas habet mare, & quot minutis & gradibus constent cœli & terra. Denique ita unus, ut æternitate nullus aliis præter ipsum esset, & nunc etiam rebus attente consideratis, non est etiam,

nisi

inter opera illa, quorum doctrinam habemus in omnibus fermentis Systematibus.

(o) ANIMA&c.) Ex hoc similiter vult Mohammedanus probare unitatem DEI. Quamvis autem hoc simile omnino & in multis sit dissimile. Nihil tamen & ex adductis evincitur contra Christianos, qui unitatem DEI nullo

modo negant, nec Trinitatem Personarum statuentes compositionem in DEO faciunt, quam omnibus modis removent. Potius Mohammedani attributa ab essentia realiter deferrere docentes, compositionem hanc in DEO inferunt. Pudeat ergo Mohammedanum arguere Christianos criminis, cuius ipse reus est.

(p) SPI-



nisi solus ipse. Nam etsi tota hæc machina orbis appareat, tamen re attente consideratæ cognoscemus, ex se nihil esse, potius à DEO solo esse, & opus solum suæ potentiae ac voluntatis. Et quisquis per gratiam DEI noverit, omnia hæc esse opus manuum ejus, dicit, exaltetur, & glorificetur potentia & voluntas essentiae altissimi, & sine dubio cum omne opus pendeat à potentia, potentia à voluntate, & voluntas ab essentia invenietur omnia esse à DEO, & non esse nisi unum solum DEum omnipotentem, incomprehensibilem, cui attribuitur omnis perfectio & plenitudo, cujus S. nomen glorificetur. Amen.

Christiani dicunt, Christum Dominum nostrum JESUM esse DEum, quia est Spiritus (p) DEI, adjuti testimoni

G 3

nio

(p) SPIRITUS DEI) Prolixèbro. Præter eas adductas autem hic exponit Mohammedanus, ob qvò in sensu Christus dici potest *Spiritus DEI*. Dicitur sic Chriftus in *Alcorano Surat. 4. v. 169.*

*فَمَنْزِلَةُ الرَّبِيعِ إِذْنُ رَبِيعٍ مَرْسُولٌ إِلَيْهِ الْمُنْذَرُ وَكَانَتْ الْمُنْذَرَةُ إِلَيْهِ مُرْسَلَةً*  
f. m. 89. sq, ubi ita :

*وَسَوْحٌ* i. e. Certe Christus Iesu  
Filius Maria est legatus DEI & Verbum ejus, quod immisit in Mariam, & Spiritus ab eo. Sic & Surat. 66. v. 12. p. m. 51. de Maria legitur :  
*وَسَوْحٌ مَرْسُولٌ مَنْزِلَةُ الرَّبِيعِ*

bro. ab *Ahmet Ben-Abdala* rationes, ob quas Christum sic dici autumat, adhuc aliae à Mohammedanis solent adduci. Sic enim *Gelreddin*, in *Surat. 66.* citat. id ita explicat, quia Christum opera *Gabrielis*, quem Mohammedani, sicut & alios Angelos, Spiritum Dei vocant, conceptum fuisse dicit. Sic enim sonant ejus verba : *De spiritu nostro nempe Gabriele cum insufflavit in aperturam tanice ejus. (i. e. Marie) ad collum efficiente DEO, ut statu ejus perveniret ad vulvam ejus, & ex eo conceperet Iesum.* Adhuc alias rationes adducit *Abmet* Filius Mohammed Thalebiensis Magnus Alcorani commentator & com-

men-



nio Alcorani, qui aperte dicit Christum esse Spiritum DEI. Fateor hoc verum esse, tamen tribus modis hoc intelligi posse.

1. Ob ejus exellentiam, fuit enim unus ex Sanctissimis Prophetis missis a DEO in mundum, cui concessit Spiritum prophetandi, & quemadmodum omnia tempa DEO dicata, dicuntur Domus DEI (etsi reliqua aedificia & domus totius orbis sint etiam DEI) ita Christum ob ejus sanctitatem vocamus Spiritum DEI.

2. Judæi assertebant Christum natum esse in peccatis cum aliis hujusmodi turpibus calumniis. Deus vero ab hujusmodi calumniis liberavit benedictam Virginem S. Mariam, & fecit falsos Judæos mendaces, affirmans in sacro Alcorano, eum esse Spiritum ejus, & addit præterea, eum esse similem Adamo, quem e luto fecerat, & in eum sufflaverat vel immiserat Spiritum vitæ.

3. Linguae arabicæ proprium est, dare cuicunque rei nomen

mentorum, ac fabularum insignis architectus, apud Marracium in Prodom. ad Refutat. Alcor. Part. 3. c. 18. p. m. 385. sqq. Qvas rationes varias Mohammedani procul dubio excogitant, quia vident, locum hunc Alcorani a Christianis nonnullis in primis Pontificiis contra se urgeri. Maxime quoque locum hunc tenuisse adolescentem quendam Christianum, qui fuit sub potestate supremi Arabum Principis Aaronis Rascidi, qui regnauit Ann. Christi 786. fatetur

Tbaleiensis ap. Marrac. l. c. p. 388. 199. Sic enim refert, quo pacto curaverit Imperator Adolescentem hunc omnibus blanditiis & deliciis ad sectam suam attrahere. At ille semper constantior in fide sua apparebat. Interrogatus a Principe quid ipsum detineret, ne Moslemus fieret, respondit: in Alcorano esse argumentum probans illud ipsum, quod Mohammed negat in eo, vocatur enim ibi Christus Verbum DEI, quod immisit in Mariam & Spiritus ab

nomen aptum ejus origini, vel exprimens originem rei. Cum igitur qvicquid in mundo est creatum sit à DEO duobus modis : primum per generationem, ita omnes homines procedunt unus ab alio. Et qvamvis DEus sit creator, & præcipua causa hominum (qvi omnes creati sunt à Deo) solemus tamen more vulgari dicere, Johannes est Filius Petri, assignando externam causam generationis, & internam creationis, sed ascendendo gradatim à Filio ad Patrem, à Patre ad Avum, &c. tandem veniendum est ad Adamum, ubi cessat externa causa generationis, & cum restat sola interna causa creationis DEI, propterea vocamus Adamum Spiritum DEI, & ita etiam Christum. (Gratia & benedictio DEI sit supra eum, & supra nostrum Prophetam Mahumetem) & cum Christus creatus sit à solâ interiori causa, & non à viro aliquo, non potest alio nomine insigniri, qvam Adamus, qvi dicitur Spiritus DEI non tamen eos ita vocamus eum parentes ipsorum (volente sic DEO) fuerunt causa generationis. Adamus vero & Christus, qvi carent hujusmodi causa, vocantur opus solum DEI, & Spiritus DEI.

Præ-

abeo. Nonne inquit, hac est fides Christiana, quod scilicet Jesus est pars ex eo (nempe DEO?) Hoc audiens vehementer doluit Rasidus: cumqve vocasset sapientes, & Doctores, nullus ex iis potuit adolescentis argumentum solvere. Advenerat tunc forte ē regione Chorasana vir qvidam doctus in Alcorano, nomine Ali filius Hosseini. Hic jussu Imte, donec pervenit ad Suram:

Genit-



Præterea notari debet in Christo perfecta & ab soluta esse quatuor genera creationis. DEUS enim omnipotens architectus totius hujus machinæ, ut cognosceremus virtutem, & vim creandi esse solum liberae voluntatis, ac potentiae, quæ nullis subjicitur regulis.

Primum creavit omnes materias ex nihilo, & Adamum ex terrâ, & Evam ex Adamo,

Et

*Genus flexa, in quâ sunt ea verba:*  
*Et subiectis vobis ea quæ sunt in cælo*  
*& quæ sunt in terrâ omnia ab ipso.*  
 Tunc exclamavit elata voce, ut aperirent portam; & egressus legit hæc verba adolescenti coram Rascido, & ait: *Sicut ex eo, quod Jesus est verbum Dei & Spiritus ab eo, est pars illius: sequitur quod omnia quæ sunt in cælo & in terra, eum sint ab eo, sint pars illius.* Hoc argumento convictus adolescentis Mohammedis legem amplexus est. Hæc ex Thalebiensi. At Marraccius. l.c. p. 391. testatur se legisse vitam Rascidi: sed nihil in eâ reperisse de isto Ganymede; se id tantummodo observasse, Christianum quendam juvenem Medicum ingeniosissimum fuisse huic Imperatori in magno pretio, eo quod per venæ sectionem illum ab apoplexiâ liberasset. Verum quicquid sit de hoc (1) ineptissima fuit hujus Doctoris *Charasani* responsio, etiam admisso crassissimo illo errore, in quo versabatur adolescens, qui putabat, Christum esse partem DEI, quasi Deus posset in frusta secari. Cum non omnia à DEO sint eodem modo. (2) Nec tantum præsidii in asserto hoc Impostoris Christiani quærunt, ut magnam impendant curam circa inquirendum sensum Mohammedis, quando Christum Spiritum DEI vocavit. Quid potius (3) absurdum est hæc locutio Mohammedis. Secundum Scripturam enim hoc nomen potius est tertia personæ Trinitatis, quo ejus processio probari solet, quam Filii DEI. Ne tangamus hanc vice absurdum Mohammedani reliqua discursui ipsius passim immixta, quæ jam legisse est refutasse.

(q) Su-



Et deinde ex Adamo & Eva totum genus humanum. Denique deerat creare creaturam aliquam ex solâ matre si- ne Patre, & hic fuit Christus, in qvō perfecta & absoluta fuit creatio tota, id est Adamum sine patre & matre, Evam ex patre sine matre, Christum ex matre sine patre, & reliquos homines ex patre & matre. Si igitur Christiani vocant Chri- stum Filium DEI, qvia Spiritus DEI est, necesse item est, vocent eodem jure Adamum Filium DEI. In tabulis enim Mosis dicitur, Deum creasse Adamum, & inspirasse in eum ex ejus Spiritu vitam, igitur hâc ratione tribuunt DEO duos Filios, qvod absurdum est.

Præterea dicunt Christiani, suscitasse mortuos; (q) sanas- se ægros, dedisse vilum cœcis. Et verissimum est, hæc ab ipso facta miracula, sicut & reliqui etiam Prophetæ fecerunt vir- tute Dei, ut patet ex V. T. ubi legitur, unum ex Prophetis di- xisse campo ossibus mortuorum hominum pleno, audite verbum Dei, ac è vestigio omnes fuisse suscitatos. Majus certe hoc mirandum est miraculis Christi, de qvo Christiani affirmant, eum solum tres suscitasse. Sed noster sacer Alco-

## H

ran

(q) SUSCITASSE MOR-  
TUOS &c.) Inter alia argumen-  
ta pro Deitate Salvatoris nostri  
& illud solet esse, à miraculis  
ipsius desumptum. Ad hoc argu-  
mentum vero excipit Moham-  
medianus, dando instantiam à  
Prophetis, qvi (1) eadem præsti-  
terunt, imo (2) plus præsti-  
terunt, exemplo Prophetæ istius  
in campo ossibus mortuorum  
hominum pleno, qvi procul du-  
bio est *Ezechiel*, vid. Ejus *cap.*  
*XXXVII.* Sed Resp. (o) magna  
est differentia inter miracula,  
qvæ ediderunt Prophetæ, & qvæ  
edidit Christus. Prophetæ edi-  
derunt quidem miracula; sed  
non *avängagēnār*, aut virtute  
propriâ; sed Dei, ut Apostoli  
virtute Christi *Act. III, 6. c. IX, 34.*  
nec ediderunt ea ad gloriam  
suam; sed Dei, qvi ipsos misit.  
Contra vero Christus edidit mi-  
racula

ran (r) tot refert miracula D. N. Jesu Christi, ut ad ea referenda opus esset integro volumine, Eliæus Propheta etiam suscitavit mortuos; sanare ægrotos, dare visum cœcis omnes Prophetæ fecere, præcipue noster sacer Prophetæ

acula (1) *αυτοκρατερῶν* pro liberō suo arbitratu ac bene placiō proprio, æq; ac Pater *Math. VIII. 2.* *Job. V. 2.* (2) in propriam suā laudem ac manifestatiōnē Deitatis suā *Job. II. 11. c. I. 14.* (3) ita ut exieret ab eo virtus qvædam infinita, ac divina, qvā interdū tales morbi illico sunt curati, qvales nulla virtus humana & finita curare potuit. *Marc. V. 30.* *Luc. VI. 19 c. VIII. 46.* Imo & (4) ita Christus edidit miracula, ut et aliis in nomine suo hanc vim concesserit, Apostolis scilicet suis. Quale qvid itidem Prophetæ facere non potuerunt. conf. hic præ aliis B. *Feuerborn.* in *Antistorod.* *Diss. 13. tb. 13.* *199. p.m. 203.* *sqq. Resp.* (3) Qvod exemplum *Ezechielis* attinet, id non probat, qvod probare debebat. Nam (1) *Ezechielis* hæc fuit saltem visio. Et (2) si etiam reapse miraculum hoc præstitisset, non tamen id propriā virtute fecisset, qvā olim Christus mortuos omnes resuscitaturus est *Job. V. 25. sqq.* Alias respiciat *Mohammed-*

*danus* miracula Salvatoris nostri omnia, & revera reperiet, qvæ nemo unqvām Prophetarum fecit, nec unqvām qvis faciet. Qvale e. g. est *resuscitatio sui ipsius propriā virtute facta.* *Job. II. 19.* Hinc & *Augustinus* recenset miracula qvædam Christi, qvæ nemo unqvām Prophetarum fecit, velimitatus qvis. Ita enim de his *Epiſt. 3. Tom. 2. Opp. p.lm. 13.* scribit: *Sed tamen & aliquid proprium facere debuit: Nasci de Virgine, à mortuis resurgere, in cælum ascendere. Hoc Deo, qui parum putas, quid plus expectet, ignoro.*

(r) ALCORAN) Conf. hic locum ex *Surat. 3.* à nobis jam p. 10. citatum, in quo & miracula Christi recensentur, qvæ & alibi sèpius agnoscit Alcoranus. Vid. *Surat. 5. v. 109. 110. p.m. 108. sq.* conf. & ejusd. *Surat. v. 112. sq.* Et si qvæ istiusmodi loca alia, qvæ hæc vice tacemus. Sic & in aliis suis scriptis Mohammedani miraculorum Christi mentionem faciunt. Sed & fabulas multas immissent, procul dubio ex scriptis illis

ta Mahumetus, (s) ut ex libro miraculorum ejus appareat,  
quem mitto, ut qui voluerit, possit ea legere.

H 2

Vete-

illis apocryphis, quorum multi  
prostant, desuntas. Qualis v.g.  
illa est, quam *Alsaddius in Surā*.  
3. refert, Judæos scilicet conclu-  
sisse filios suos adolescentes in  
quādam domo, ne cum Jesu ipsis  
coævo familiarius versarentur,  
quem falso Magum existimab-  
ant, quia videbant ab eo mi-  
racula fieri, interim inquit au-  
ctor citatus: *venit Jesus quarens*  
*ex eo, dictumque fuit illi: non sum*  
*bis. At ille, quānam, inquit, est in*  
*bāe domo? responderunt ei: porti.*  
*Tunc ait Jesus: ita sit. Cumq; do-*  
*nūm aperuissent, ecco illi apparuerunt*  
*porci.*

(f) MAHUMETUS) Tribuit  
hic Mohammedanus Im-  
postori suo miracula, quorum ca-  
talogum aliquem Serenissimis  
Principibus transmisit. Et qui-  
dem infinita ferme passim fin-  
gunt. *Gregor. AbulPharaj. de Orig.*  
*& morib. Arab. sc̄t. i. quādam re-*  
*censet his verbis: Narrantur et*  
*jam de eo miracula quādam, qualia*  
*luna fissura, arborum ei obviam eun-*  
*tiuum processus, quod à lapidibus salu-*  
*taretur, & quod aqua inter ipsius digi-*  
*zos scaturiret, quod turbam multam*

*ex quo cibo saturareret, quod ipsi adge-*  
*miseret trabs, quod apud eum que-*  
*reretur Camelus: quod ei testimonium*  
*verbiberet ovis asse, cuius armus ipsi*  
*dixerit: cave me comedas, veneno signi-*  
*dem in festum. Et quæ his similia,*  
*quorum plurima examinat &*  
*refutat *Marracius*, uti jam supra*  
*notavimus p. 31. (q). Ubi & simul*  
*judicium aliquod de iisdem de-*  
*dimus. Qvod si vero ulterius*  
*quis hoc velit probatum, Mo-*  
*hammedem scil. nulla vera mi-*  
*racula edidisse, is sequentia ob-*  
*servet argumenta. (1) Qvia Mo-*  
*hammed ipse testatur, se non esse*  
*missum ad miracula edēda, qua-*  
*re & toties miracula in Alcora-*  
*no recusat, uti jam supra proba-*  
*vimus. Et sic non habuit ver-*  
*bum, sine quo miracula sunt nul-*  
*la (2) Qvia non, ut miracula Chri-*  
*sti, versantur circa momentosa; sed*  
*plerumque circa levia passim ac*  
*ridicula. Qualia sunt gemitus ille*  
*ejularus puerilis truncī aridi in O-*  
*ratorio Medicensi, eo quod Mocab-*  
*med in concionando non amplius fibi*  
*humoris inniteretur, item bestiarum,*  
*lapidum, montium, glebarum salutatio,*  
*familiariag; colloquio, & quod ar-*  
*beres*

bores vocare ab ipso sibi alvum in campo exoneranti umbram dederint. (3) Qvia passim nullam vel utilitatem vel necessitatem habuerunt, ut miracula Christi, tot claudos, tot cœcos, mutos, aliosque ægrotos per miracula curantis, mortuos resuscitantes, velum templi scindentis, sepulchra aperientis &c. (4) Qvia ea, quæ aliquid veri miraculi redolere videntur, quæ tamen paucissima sunt, vel ficta, vel vana sunt, ut exemplis docent B. Pfeiffer in *Theolog. Judic. & Mohammed. Exerc.* 6. th. 4. p. m. 269. sqq. & Marracc. tot. Part. 2. *Prodromi* (5) Qvia adeo variis & sape contrariis modis referuntur etiam ab iisdem, qui testantur, se ea vidisse, ut vel tantum ex hoc existimari possit, esse commentitia. Quo accedit, qvod passim referantur ex auditu, ita ut sape relatio deferatur ab uno ad alium per octo, vel decem generationes. vid. Marracc. l. c. p. 347. 199. (6) Qvia in fingenendis fabulis & mendaciis Arabes præ aliis sunt promptissimi, ut variis speciminibus probat Marraccius l. c. p. 351. 199. (7) Qvia nullum ferme miraculum Mohammedi reperitur, qvod naturalem hominis, vel dæmonis facultatem excedat, præsertim cum pleraque sint ex eorū genere, quæ à præstigiatoribus, Magis & ariolis fieri conveverunt. (8) Qvia eodem modo & Gentiles probare poterunt facta suam miracula, inter quæ, & Mohammedis comparationem prolixam instituit Marracc. l. c. 10. tot. p. 412. 199. (9) Qvia impossibile est, DEUM concurrere veris miraculis ad confirmandam fallam religionem. Cum enim Deus Christianam religionem & Christi & Apostolorum miraculis, quæ Alcoranus & Mohammedani ipsi pro veris habent, confirmaverit, necessario fatendum est, Christianam religionem bonam esse & veram. Ergo impossibile est, DEUM per vera miracula Mohammedismū, qui Christianismo ex diametro opponitur, comprobasse. Ad qvod respondere nequeunt Mohammedani, nisi forte hoc: Christianismū miraculis fuisse confirmatum, quam diu bonus fuit, postea vero degenerasse, & per Mohammedem novam debuisse introducire religionem. Ad qvod vero respond. Christianismū, universaliter scilicet, degenerasse, vel mutatum fuisse, plane nullo arguento probare possunt Mohammedani. Contrarium vel ex eo constat,



“Veteres (t) Christiani alter explicabant Trinitatem, quam moderni, dicebant enim, ex iis tribus, Essentia, Sapientia, Vita eam componi; Essentiam Patrem, Sapientiam Filium, & Vitam Spiritum S. esse affirmantes, omnes vero tres simul *verum solum*\* DEum esse. Modernorum sententia <sup>\*Unum legie</sup> jam superius explicata est, & ex utriusque inter se pugna & dissensione apparet, ambas esse falsas. Si vero moderni dixerint sententiam veterum veram esse, sibi ipsis sane contradicunt, quia moderni dicunt Filium esse verbum, & Spiritum S. mutuum amorem Patris erga Filium, & Filii erga Patrem, veteres tamen Filium esse Sapientiam & Spiritum S. vitam vel Spiritum. „Et si dixerint utrumque esse verum respectu diversarum considerationum, vel veterum sententiam esse solum comparationem.

H 3

Re-

stat, quia Christianismus in hunc usque diem observat doctrinam ac instituta, ab auctore suo, Christo scil. proposita. Prolixius argumentum hoc deducit *Marracius*, quamvis ex hypothesibus plurimis suis in *Prodrom. part. 3. c. 1. 2. 3. 4. Conf. & hic Hoornbeek in Summ. Controv. l. 3. p. m. 116. sq.*

(t) VETERES &c.) Eandem Veterum sententiam exagitat *Beidavi in Surat. 4. p. 60. ap. Hottinger in Histor. Orient. l. 2. c. 2. p. m. 344* his verbis: *Constat, eos dicere, in DEO tres esse personas, Patrem Filium & Spiritum S. tribuuntq; Patri essentiam, Filio scientiam, Spiritui S. vitam. Loqui a. Beidavium ex errore Jacobitarum, vel aliorum Hare-*

*tiorum Orientalium, vult Marracius in Prodrom. part. 3. c. 5. p. m. 91. Nec accurata & Biblica haec est locutio, & Personarum distinctio. Minus recte enim in praesenti contradictione Patri tribuitur essentia, quæ omnibus Trinitatis Personis est communis: Sic nec accurate in eadem hac contradictione Spiritus s. dicitur vita, quod nomen & Christo competit *Job. XI, 25. c. XIV, 6. Non ergo promiscue Christianis veterib; omnib; istiusmodi loquendi formulâ Mohamedanus tribuere debuisset, quæ apud paucissimos saltē, eosque passim suspectæ fidei, occurrit. Contradictio vero quæ hic**

*Selden, de Synedr. I. 2. c. 4. p. m. 575. ubi & habebimus pericopam hanc uncinitulis inclusam,*

Repond. Modernorum sententiam jam supra refutasse, & veterum refutaturus etiam (volente Deo) ex sententia veterum aliquot sapientum nostræ legis, ut ex Elemuci libro, qui dicitur Elchora, ubi probat Essentiam Dei esse indivisibilem. Sic i. Christiani errant, dicentes, Deum, quem adorant, esse tres Acanim (u) quod idem est græce, ac principium i. origo rei, Acanim essentiæ vocant Patrem, Acanim sapientiæ Filium, Acanim Spiritus, sive vitæ vocant Spiritum S., & ex iis tribus principiis faciunt unum solum Deum, & ita simul dant duas contradictiones in eodem subiecto, dicentes, idem esse unum & tres, quod omni-

vid. hanc pericopam uncinulis inclusam ap. Selden. l. c. p. m. 575. sq. hic dicitur esse inter veteres Christianos, & modernos, ut vocat, Scholasticos scl. (qvorum tam locutiones itidem non probamus, uti jam supra p. 38. sq. monuimus) tanta non est, ut si defendere quis utramq; velit, tolli nequeat, imprimis contradictione illa, qva secunda Persona modo verbum dicitur, modo Sapientia, hypostatica scilc., plane nulla est, nisi & velimus dicere, Alcoranum quoq; sibi {contradicare, qui Christū & verbum & Spiritum DEI vocat, ut vidimus supra p. 53. Nec quantum eandem secundam Personam concernit, quando illa Sapientia vocatur, comparatio quædam singenda, proprie quippe sic dicitur, cum intelligatur Sapientia hypostatica, non accidentialis, quemadmodum & Verbum

propriè dicitur. Si de ὑποστατικῷ sermo. vid. B. Dorseb. in Theol. Zazar. part. 2. Diff. 4. §. 26. p. m. 171. & contra Chamierum B. Jo. Adam. Ofsand. in Colleg. Theolog. Systemat. loc. 2. tbes. 40. part. 1. p. m. 423. & 425. sq. Ex Tribus. conf. Epiphan. aduersus Heres l. 2. Tom. 2. bær. 69. Tom. 1. Opp. p. m. 741.

(u) ACANIM &c.) Est hoc vocabulum tertium illud, quod ex supra jam recensita observatione, scilicet p. 21. sq. putatur esse corruptum, pro quo forte debeat legi Archai, sive Archai: Qvod procul dubio erit græcum illud ἀρχαι. Nisi forte judicio nostro Mohammedanus respexerit ad illud Syrorum ندوی qvo Personas SS. Trinitatis efferrit, quod est جو صل radices, s. principia. Sic enim exponitur à Gieubari vox ar-



omnino impossibile est, qvia qvod est unum, non est tres, nec qvcd tres, est unum. 2. Errant facientes essentiam Dei compositam ex tribus rebus, qvæ non habent esse, nisi in solâ imaginatione & intellectu , cum sint attributa substantiarum & non substantiæ , qvia sapientia non datur sine sapiente, Essentia sine eo, qvod est , & Spiritus s. vita sine vidente. Itaque ex solis attributis faciunt personas s. substancias, qvod nullus intellectus potest capere. Et ad confirmandam hanc suam opinionem addunt Christiani , creationem non posse dari sine iis tribus rebus , e qvibus componunt Deum. Qvibus respondeatur, Creationem una cum iis tribus indigere præterea duobus aliis , potentia , & voluntate, dicant igitur, esse qvinque potius. „ Deus vero non occupat locum, neqve miscetur alicui rei, vel aliqua res ipsi. In principio enim cum nihil adhuc esset , erat tamen Deus, & erat in se ipso eo modo , qvo nunc, & sicut essentiæ Dei non potest misceri aliquid, pari modo nec essentia Dei substantialiter potest misceri rebus aliis, unde patet , verbum non

arabica, qvæ à Syris tradita est. *nisi ipsius a quodam Azizo Nelephao Tataro scriptum sit. C. conf. & Dn. M. Christian. Hoffmann, in UMBRA in luce c. 2. S. 45. p. m. 180. sq. Sic & huc spectat Syrorum illud נָבָע. Samaritanis נָבָע Unde illud Acanim , qvod de tribus radicibus vel principiis Arabes explicant, qvamvis alii de substantiis vel Hypostasiis explicit. vid. Buxtorff, in Lex. Chaldaico & Syriaco in hac voc. p. m. 501. Qvicquid vero MS. Turcici de Cognit. Dei & Homi- sit, sententia qvam Mohammedanus*

non potuisse miseri Christo. 3. De Unione (x) illâ Divinitatis cum humanitate diversimode Christiani sentiunt. Quidam dicunt, Divinitatem in Christo esse eo modo, quo accidens in substantiâ, & secundum hanc opinionem Divinitas s. Verbum potest separari à Christi persona, vel sit ut substantia-

danus noster refutat, non fuit veterum Christianorum Orthodoxorum; sed vel Jacobitarum (qui sic dicuntur à Jacobo Syro, qui & Zantalus & Baradeus dictus fuit atque circa 4. C. 330. Eutychianam hæresin interpolavit tanto successu, ut sub diversis titulis per 40. plus minus regna sparsa sit. Crus. Turco-Grac. l. 4. p. 297. & M. Andr. Müller in Symbolis Syriae, p. m. 6. Jo. Forbes. Instruct. Histor. Theol. l. 3. c. 17. p. 115.) vel aliorum Hæreticorum, quorum partes non tuemur. Sic enim sententia hæc de tribus principiis in S. Codice non est fundata, & præterea saltem est denominatio in relatione ad creaturas. In quâ tamenne sic quidem commode tres personas dici tria principia, foli de satis probat B. Rudrauff, in Tractatu Philo-Theosophico dissertat. Academicar. disp. 13. de principio et principiis. Qu. 6. p. m. 271. sq. Frustra igitur hic disputatur contra Christianos.

(x) UNIONE &c.) Oppugnatur hic & tremendum illud Unionis personalis mysterium. Qvod vero Christiani non nisi ex Scriptura S. probant, cuius loca vide in Compendiis & Systematibus ubivis obviis. Qvibus qui credere non vult, habeat sibi. Neqvaquam vero Orthodoxi Unionem hanc faciunt accidentalem, qvalis est inter substantiam & accidens (vel intersubstantiam & substantiam, sed accidentaliter unitas, qvalis est inter asseres) cuius hic Mohammedanus meminit. Sic nec essentialis, qvalis est inter S. S. Trinitatis personas: nec naturalem qvalis est animæ & corporis: nec nude sustentativam: nec commixtivam: nec parasiticam? Ec. Sed plane Singularem, Hypostaticam scilicet, ubi duæ naturæ, Divina scilicet & Humana coeunt in unam personam, unde unio audit naturarum, non naturalis; personalis, non personarum. vide Systemata: Qvæ ve-

stantia & ita erit illa unio ex tribus rebus inter se distinctis & diversis, qvia tamen illi vocant unum solum Deum, etiam aliud impossibile, aliquam rem posse separari à propriâ essentia, cum potius sit aliquid inseparabile, eo modo, qvo ratio contenta in literis s. characteribus non potest separari ab iis. 4. Aliud præterea inconveniens & impossibile seqvitur ex ista unione Verbi cum Christo, & non cum Spiritu S. Opus enim hic aliquo agente particulari s. particularizative (ut ita loqvar) qvi particulariter agat, ut verbum illud sit in solo Christo, & non in aliis duabus personis, & si in hâc Essentia sunt tres personæ (ut volunt) qvæ necessarie debent uniri in æternitate. Igitur dabitur alia, qvæ neqve dicitur Pater, Filius, nec Spiritus S. sed solus unus. Et si dicant, hoc esse ex impossibilibus, i.e. posse esse, & non esse, igitur Christus non est Deus. Deus enim necessario est, & novimus etiam, causam aliquam debere esse, & esse debere eorum omnium, qvæ sunt in machinâ hâc orbis, qvæ necessariò sit à se & per se, sine aliquâ causâ superiori causante ipsam, qvæ si non fuisset ē necessariis, led ē possibilibus, omnino indiguisset aliqua alia causa superiori, omnis enim causa possibilis, qvæ potest esse, & non esse indiget alia causa, qvæ dat ei esse, sicut tota hæc orbis machina creata, qvæ in æternitate erat nihil, cum nihil aliud

## I

esset

ro hic objecit Mohammedanus plane nullius sunt momenti. Sed mentis nugæ. Objic. (1) Sic rem separari à propria essentiâ, secundam nimirum Deitatis Personam à reliquis. Resp. Per incarnationem secunda Persona non fuit separata à reliquis. Nam &

post incarnationem jam factam dicit Christus: *Ego sum in Patre & Pater in me Job. XIV, 10* Facta enim incarnatione est sine ullâ Divinæ N. mutatione. Objic. (2) Requiri hic agens aliquod particulare, ut verbum illud sit in solo Christo. Qvod inconveniens & impossibile.

eslet præter Deum : non poterat sane sibi ipsi dare esse , qvia poterat non esse , & qvia erat ex possibilibus , i. e. poterat esse , & non esse . Propterea indigebat omnino aliquâ voluntate liberâ , unde acciperet esse . Et hæc est causa illa caularum , qvæ omnino necessario est per se , & in se , cui laus sit in Secula . Amen .

Reliqvos tres articulos , credere eum Creatorem (y) esse , Salvatorem , Glorificatorem , diversis rationibus potest ostendere .

possibile dicit . *Repond.* Principium hoc est principium incarnationis , qvod est tota S. S. Trinitas . Et hoc non est inconveniens . Est namqve hoc opus ad extra , adeoqve omnibus tribus personis commune , salvo & modo agendi , & termino actionis . conf . *Qvenstedt in System. part. 3. c. 3. Sect. 1. thes. 24. p. m. 83.* Qvibus observatis facile evanescit reliquus obscurior Mohammedani discursus , modo & illud adhuc addatur , necessariam unionem hanc omnino fuisse , non qvidem necessitate absolutâ , & consequenti , qvod si enim homo non peccasset , necessaria ea non fuisse ; sed hypothetica & consequentia propter redemtionem generis humani lapsi , decreti divini ejus gratia ordinationem , & Scripturarum impletionem . In quibus omnibus tamen salva manet

Christi Divinitas . Licet enim nunquam homo factus fuisse , semper tamen DEUS fuisse , uti ab æterno fuit .

(y) CREATOREM &c.) *Christianum non posse dici creatorem* jam 10. argumentis Mohammedanus conatur probare , ad qvæ seorsim respondemus : Et qvidem ad (1) nec nos dicimus propterea duos creatorum , uti nec dicimus duos DEos , qvando & Patrem & Filium verum DEum vocamus . Sunt qvidem ex Scholasticis nonnulli , qui sic loquuntur . Contra qvos tamen vid . B. Rudrauff in *Syllog. Extensor. de Creat.* qv. 4. p. m. 67. & in *Pbilos. Theol. vel Agar Sara Exemplar. Exhib.* 12. S. 14. p. m. 146. & B. Baltib. Mentzer. Tom. 1. opp. p. m. 1080. conf. & B. Cazlov. *System.* Tom. 3. p. m. 895. Resp. ad (2) licet verbum non sit ipsa Patris essentia Charaktere Patris scili-



oste ndi, esse errores : (1) qvia non potest esse Creator, nisi unus solus, non dantur duo aut tres cretores, aut plures, qvia unica & eadem res qvæ ipsa sola est, non potest dependere à duabus potentiis, cum una sit, & dum dependeat ab alia potentia, non potest simul dependere ab alia. Igitur si Christus est una ex tribus personis, creatura, qvæ dependet à Patre, non potest dependere à Christo, nec à Spiritu S. qvia s. Personæ Trinitatis creant æqualiter & conformiter, s. una plus alia, & inæqualiter. Si una plus alia, daretur in Deo magis & minus, qvod est absurdum. Si æqualiter & conformiter expectandum erit tam uni, quam alteri ad conformiter & simul creandum, & sic esset summus defecus, non posse unam sine alterâ creare. (2) Ex Sententiâ Christianorum Christus est Verbum Patris. Verbum non est essentia Patris; sed potius est in essentiâ, & essentia creat, non Verbum. (3) Christus quo tempore fuit in ventre Virginis s. Mariæ non potuit esse Creator. Et si dicam, eum fuisse simul in ventre Virginis & essentia Patris, hoc impossibile est, cum una & eadem res substantialiter non possit esse simul in duobus locis distinctis. (4) Christiani asse-

I 2

runt

scilicet notata, aliis enim est Pater, aliis Filius; est tamen Patri om̄es et ceteris, eandemq; cum Pater habet potentiam. Ut ergo Pater creat, sic & Filius. Ref. ad (3) Nimis puerile hoc est argumentum. Non enim dicimus, Verbum fuisse jam unitum cum Humanâ Naturâ, cum per illud mundus creatus. Hinc licet in tempore assumserit carnem,

mansit tamen Creator mundi, qvia ut λόγος jam ab æterno fuit, uti supra asseruimus, & probavimus. Ipse DEUS in V.T. sepius in tempore assumxit formam aliquam externam, in qua apparuit, non diffidente ipso Mohammedano; quis vero dixerit, Deum eo ipso tempore non fuisse Creatorem? Ad (4) licet in morte ruptum fuerit vinculum naturale

runt Christum obiisse, igitur in illis tribus diebus, dum jacuit mortuus in sepulchro necessario debebat fieri cestatus rerum, & omnia debebant perire, qvia tunc sustinuit cœlos & terram. (5) Christus erat Hierosolymis inclusus templo, ubi adorabat Deum, qvî poterat igitur esse Creator cœli & terræ, qvi inclusus erat aliquo cubiculo? (6) Ante-  
qvam esset Christus, qvem dicunt Christiani Verbum, qvis creabat & sustentabat machinam cœlorum & terræ, cum Verbum non posset dici creator, ut probatum est. (7) Creator concurrit semper in totâ creatione, sine cuius voluntate nullum movetur folium arboris. Et si (ut Christiani dicunt) crucifixerunt & occiderunt eum, certe sine auxilio creatoris non poterat fieri, ergo Christus se ipsum crucifixit & occidit (si erat Creator) cum Judæi soli sine Dei concursu hoc non possent efficere. Absit tantus error. (8) Christus (ut volunt Christiani) est unus ex tribus personis, & si Creator est, aliæ duæ non creant, & neqve dicentur Deus. (9) Aut Christus solus creat sine aliis tribus personis, aut omnes tres personæ simul. Si dixerint omnes

per-

le inter corpus & animam; manifestat tamen *personale* inter D. & H. N. ita ut & in morte Christus fuerit Θεός. Præterea Persona Divina mortua est, sed in sua carne. *Petr III. 18.* non Divinitate. Ergo Divina Persona Divinitate suâ in triduo mortis agere potuit. Qvibus observatis, nulla sunt, qvæ hic objiciuntur. Ad (5) licet Christus secundum H. N. inclusus fuerit cubiculo qvoad *actum naturalem*; qvoad *actum* tamen *Personalem* fuit ubique, communicationem enim idiomatum divinorum omnium H. N. factam nos Christiani credimus ex *Coloss. II, 9.* vide Systemata. Ad. (6) Ante-  
qvam fieret Persona composita, fuit utique *Persona simplex*, λόγος scilicet ab omni æternitate existens. Verbum autem utiq; dici posse Creatorem ad *Object. I.* jam

personæ sim ul, cum sint unica & eadem essentia, ergo in corpore Christi fuerunt simul inclusi Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus S. & omnes etiam simul in ventre Virginis Mariæ. (10) Non potuit Christus mori, quia tam occidentes eum, quam cœli, ac terræ periissent, cum omnia sint per Deum, in Deo, & cum Deo, sine quo non possunt esse, & moriente ipso necessario debebant omnia perire. Si dicant non obiisse in quantum Deus, sed in quantum homo, Christiani ipsi dicunt, Christū non esse Deum, & probatum etiam à nobis est, essentiam Dei esse unam, inseparabilem, & quæ non potest minui, igitur quod erat in Christo erat in tota

## I 3

## essen-

jam diximus. Estenim verbū Hypostaticū. Et hoc utiq; creatorē esse nos Christiani credim⁹ ex Job. I, Ad(7) Crucifixio quando spectatur ut gravissimum Judæorum peccatum, concurrit ad eam Christus non aliter, ac ad omne malum, ad quod ex Christianorum Orthodoxorum doctrina DEus concurrit h. m. naturam malam agentem sustentando, actionem ipsam quoad materiale pectorum coefficiendo, & alæxiav permittendo, ad formale vero plane non concurrit, vid. B. König Theol. Positiv. part. I. §. 285. Ex eo vero non sequitur, Christum occidisse & crucifixisse se ipsum. Nisi & velim dicere, quando DEus dicto modo concurrit ad blasphemiam oris erga seipsum, ad

abnegationem Sui itidem ore factam &c. Deum blasphemare, & ab negare seipsum. Absit utiq; tantus error, imo tanta blasphemia. Ad (8) Creatio non est opus ad intra: sed ad extra exterum essentiale omnibus tribus Personis commune, teste Scriptura. Adeoque non valent, quæ dicuntur. Ad (9) unica est natura & essentia creatrix, omnibus tribus personis eadem & communis, adeoque utique nullus partialis hic datur influxus, nullaq; fingenda unius Personæ præ altera iζοxη, nullaq; disparitas. Non tamen inde sequitur: Ergo omnes tres persona simul sunt incarnata. Creatio enim est opus ad extra essentiale communem, incarnatione vero opus ad extra externum



eslentiā, cum non possit ab eo separari. Sed (in qviro) (z) antequam crucifigeretur, erat Deus in corpore Christi, annon? Si negent, negant simul propriam fidem, qvia seqveretur, eum non fuisse in æternitate, & si affirment eum fuisse in æternitate, igitur in Corpore Christi erant Pater & Spiritus S. (cum

*externum personale* in unā persona terminatum. Uti dico, Petrus, Paulus, Johannes unum ex se, Paulum scilicet coronant, Paulo manus simul admovente, ex eotamen non seqvitur: Ergo & Petrus & Johannes sunt coronati. Ad (10) omnino οἰάρθωπον qvando mortuus est, subjectum QVO non fuit natura Divina, qvæ simpliciter immutabilis est, qvæq; & in morte universum sustinuit mundum; sed Humana i. Petr. III, 18. Ex qvo vero non seqvitur: Ergo nos Christiani dicimus, Christum non fuisse DEum. Nam utique & DEum passum & mortuum esse dicimus nos Orthodoxiores Christiani. Cum enim λόγος Naturam humanam, & ejus idiomatica sibi appropriaverit, assumendo eam in personæ unitatem: ideo *passio & mors* Christi, quamvis per naturæ conditio nem Divinitati non competant, tamen propter intimam illam,

& ineffabilem naturarum unionem non minus ad Filium DEI pertinent, qvæ si illas in ipsâ suâ naturâ Divinâ sustinuisset. Quævis enim Deus non sit passus & mortuus in proprietate naturæ, tamen passus & mortuus est in unitate personæ, h. e. in naturâ humanâ in unitatem personæ assumtâ, ait Vigil. I. 2. cont. Evrych. ap. Jo. Himmel. in Syntagm. disp. p. Theol. disp. 13. n. 38. conf. & veterum explicationem ap. B. Mart. Chemnit. de duab. Natur. c. 14. & B. Jo. Gerhard. in Loci Tom. I. loc. de Pers. & Offic. Christi §. 76. p. m. 176. conf. & B. König. in Theol. Positiv. loc. de Christ. §. 307.

(z) INQVIRO) Ad qvæstionem hanc respondent Christiani: omnino DEum fuisse in corpore Christi, cum crucifigeretur, Divinam N. cum H. fuisse personaliter unitam. Ex qvo tamen non seqvitur (1) ergo & Patrem & Spiritum S. fuisse in corpore Christi: Vocabulum

(cum sit unica essentia inseparabilis) & simul debebant omnes mori, unde sequeretur, Deum mutari & differre a seipso sexies, quia Deus primum erat in æternitate, secundo venit in ventrem Virginis Mariæ, tertio in Corpus Christi, ubi suxit, planxit, comedit, dormivit. Quarto inde cum morte Christi separatus est ab ejus corpore. Quinto iterum in resurrectione Christi ad eum rediit. Et sexto inde ascendi ad cœlum. Videant & attendant quælo ii, quibus Deus concessit lumen intellectus, tot mutationes, & tot loca in Deo? cum Deus nullum occupat locum. Locus enim aut debet esse major, vel minor locato, in Deo tamen non datur magis vel minus. Averte tantum errorem Deus.

Sufficient rationes eadem, quibus probatur, eum non esse creatorem, ad probandum etiam, eum non esse Salvatorem (a) vel Glorificatorem. Addemus tamen iis aliquas, salvare vel salutem dare & gloriam dare proprium est Creatoris, non ejus, qui mutabilis & corporeus est. Christus vero est sententia Christianorum est Deus, & homo. Et sane nomen ipsum satis clare ostendit errorem, quia dicere

Deum

Ium enim DEI in priori assertione nostra non sumitur *essentialiter*, sed *personaliter* pro DEO λόγῳ, in quo incarnatio, & quæcum ea connexa terminantur. Nec (2) sequitur quædam mutatione, quia Divina Natura sese hic habet nullo modo *passive* & *mutabiliter*; sed partim *active*, uti jam supra monitum est, ex quo vero nulla in eam cadit mutatione, uti ex reliquis DEI actio-

nibus in creaturas patet: partim *appropriative*, ex quo itidem nulla mutatio est, nisi & vellem dicere, mutatum esse DEum, cum dicitur Esa. LXIII, 9. in omni angustia ipsi fuit angustia. Et Acto. IX, 4, Saul Saul quare persequeris Me? &c. vide & Systemata passim.

(a) SALVATOREM &c.) Christum non esse Salvatorem, & Glorificatorem hic probare conatur Mohammedanus, & quidem

Deum & hominem est idem ac creatorem , & creaturam dicere ; Manifestum etiam est Creaturam non esse Creatorem, Nec posse hæc duo simul esse in eodem subjecto, sicut neque possunt simul esse, vel uniri, Ita & Non vel est, & non est. Proprium enim est Creatoris esse à se ipso, & necessario & nullâ ab aliâ causâ dependere. Creaturæ tamen est proprium possibile esse, i. e. posse esse & non esse, & ita necessario est, ut dependeat ab aliâ causâ causante unde patet , has duas contrarietas (s. potius conditiones) non posse esse simul & in eodem subjecto. Præterea Creaturæ proprium est necessitas. Creator vero liber est ab omni necessitate, cum ipse sit omnis perfectio. Creatura constat principio & fine ; Creator est æternus infinitus absque principio, medio, & fine ; Creatura est possibilis, creatura impossibilis. Creaturæ proprium est, quod reliquis corporibus, occupare locum, habere quantitatem, magnitudinem, formam, motum & quietem cum reliquis accidentibus, ut ægrotare, elurire, fessum esse, non cognoscere nisi præsentia, non posse pertingere, quod ab eo remotum est, & aliâ

quidem hoc argumento, quia tempore Humanam Naturam; tale quid creatoris est, hunc vero Christum cœu Creaturam non posse esse, quia nemo possit Creator & Creatura simul esse. Sed Rep. (1) Christus non est Creator & creatura uno eodemque respectu. Creator est secundum divinam Naturam, ut ab æterno, sic & tempore creationis existentem. Creatura vero est secundum assūmtam in

cui tamen vis creandi etiam competit, licet non per actum naturalem ; tamen personalem ex unionis gratiâ. Nulla ergo hic contradictione. Et sic conciliari facile possunt omnia , quæ prolixius; sed frustra à Moham-medano adducuntur;(2) Omnia vult metiri rationis decempeda quæ vero in tam tremendo mysterio captivanda est.

(b)AN-



alia ejusmodi infinita. Hæc omnia neque sunt in Deo nec possunt uniri Deo, qui summa perfectio est. Qui vero dicit hominem & Deum, dicit Deum, i.e. summam perfectionem, & hominem i.e. summam necessitatem, & imperfectionem, & una & eadem res non potest esse simul perfecta & imperfecta. Præterea Creatori proprium est, esse, Creaturæ nihil esse. Qvomodo igitur possunt esse simul & uniri esse & non esse. Et sane cum creatura indigeat Salvatorem & Glorificatorem, & in quantum Deus, non impossibile tamen est, unam & eandem rem indigere, & non indigere.

Præterea anteqvam (b) esset Christus Deus & homo, qvis dabat gloriam & salutem? Vel qvis dedit Angelis gloriam? Qvis glorificavit Angelum sive Gabrielem, qui nunciavit S. Virgini Mariæ Dominæ nostræ, se paritum Christum. Eo enim tempore non erat Christus, qvomodo igitur dabat gloriam, anteqvam, esset creatus? Unde evidenter apparet, Deum omnipotentem Creatorem cœli & terræ (cujus essentia est una & erit semper in Secula ex-pers Personis Patris vel Filii) dedisse gloriam & daturum, & non Christum, qui est ejus Creatura. Et si mihi non creditur, credatur Evangelio Johannis, (c) ubi dixerat Christus: Pater meus & vester, & Deus meus & vester, Pater i.e.

K Crea-

(b) ANTEQVAM &c.) Novum hoc est argumentum pro thesi Mohammedanâ. Sed *Reſp.* inutilis & frustranea qvæſtio, cum *λόγος* cum patre & Spiritu. utique jam ab æterno extiterit, ut ſæpius jam a nobis affirmatum, & probatum est.

(c) JOHANNIS) Respicit procul dubio dictum illud Job.

XX, 17. ex quo probare vult Mohammedan⁹ Christum non esse creatorem, nec DEum, & sic nec Salvatorem. Sed *Reſp.* Non hic negatur Christus DEus, quin potius probatur ex parte. Satisfaciet Mohammedano Epiphani. Adverſ. Hares. l. 2: T. 2. Her. 69. Tom. 1. Opp. p.m. 778. ubi ita: *DEum dixit meum, & DEum veſtrum, Pa-*

*trems*



Creator omnium, & cum dixit DEUS meus, vel Creator meus satis declarat, ipsum non esse Deum, glorificetur igitur nomen Dei benedictum. Amen.

Si igitur Creatura est, qvomodo potest ergo simul esse Deus & Creatura? (d) Et si Christiani hoc fateantur, debent simul fateri tria hæc impossibilia (e) : Primum fuisse Deum, postea hominem, cum impossibile sit prius Creatorem, postea Creaturam, vel simul fuisse Deum &

trum meum, & Patrem vestrum, Patrem meum naturâ scilicet, ac divinitate. Patrem vestrum gratia dunitat, per me, adoptionisque beneficio : DEum meum, quoniam vestram carnem suscepit : DEum vestrum secundum naturam & ex rei veritate. Conf & Athanas. de Human. Natur suscept. Tom. i. opp. p. m. 599. ubi inter alia & ita : Deus illi secundum Naturam Pater est, idemque qui Pater erat, Deus illi factus est ratione humanitatis assumta. Et.

(d) QVOMODO &c.) Talis est ex unione personali singulari illâ, omnemq; rationem transscendente, qvæq; ob redemtionis opus necessaria fuit.

(e) IMPOSSIBILIA &c.) Frustrans & nullus discursus hic Mohammedani omnis est. Nam (1) Fuisse DEum & deinde in tempore ob redemtionis opus factum fuisse hominem Deo

non est impossibile. Luc. I, 37.

(2) DEum & hominem esse ex unione personali itidem in revelatione divinâ, qvam nos Christiani simpliciter credimus, non implicat. (3) Christus & Deus est, & in DEO vi ~~mēxwōjōjō~~ & ~~ivn̄m̄z̄jōjō~~ illius mutuae ac singularissimæ ex ~~ōjōjōjōjō~~ fluens. Non tamen exinde sequitur : Ergo Christus est pars DEI. Licet enim Deus à Christianis Philosophis dicatur Totum ; intelligunt tamen id (1) non positive, qvod habeat partes ; sed negative qvod careat partibus. (2) non tam proprie, qvam potius analogice, qvando mentionem faciunt totius perfectionis, seu perfectionis, qvod ponit perfectissimum perfectissimæ substantiæ complementum, reddit qvippe in se hæc totali-

Creaturam, qvod tamen non est verum, cum ante Virginem s. Mariam habuerit humanitatem, vel dicunt non fuisse Deum, sed in Deo. Si igitur erat in Deo, aut erat totum aut pars totius, si neque erat totum neque pars totius impossibile hoc est, inde enim sequentur alia duo impossibilia: Christum non esse Deum integrum, & aeternum Patrem esse quid imperfectum. Jam vero ante probatum est, essentiam Dei esse indivisibilem: Si vero erat totum, igitur neque Spiritus S. neque Pater, sed Christus solus, cum quo destruitur Trinitas. Et si dicunt, Christum fuisse verbum Patris, verbum non est essentia: (f) Si dicant, esse instar solis, (g) qui in celo est, & splendor ejus simul in

K 2

terrâ.

talitas, & omni parte destituitur. Qvod totum unice trahitur Deo, utpote qui omni fine parte jam sic dicitur *totu*, cum simplicissimus sit & purissimus, & nullo compositionis modo dici queat compitus. conf. B. Georg. Meier, in *Regina Ministr. c. 5. n. 12. qv. 3. p. m. 301 sq.* Qvare etiam puriores Christiani, Lutherani scilicet contra Zancbium. l. 2. de 3. Eobim. c. 7 alias que Calvinianos passim docent, tres Deitatis Personas minus recte vocari tres DEI *essentiales* partes, vid. Meier l. c. qv. 5. p. 302. Et S. Athanasius Orat. 3. contra Arian. T. 1. Opp. p. m. 334. sq. expresse negat, Verbum esse partem Patria. Et sic Christus utique est to-

tus perfectus Deus. Nec valet *Excepio*: Ergo Pater & Spiritus S. non est DEUS. Respondetur enim, Christus dicitur totus & perfectus DEUS non *exclusivè*: Sic enim DEUS Pater est totus perfectus Deus, Deus Filius totus perfectus DEUS, & Spiritus S. totus perfectus Deus. Sunt enim Personæ *ομούσιοι*. Qvæ *ομούσια* facit, ut qvæ perfectio unius personæ est, ea & sit alterius sine ulla exclusione.

(f) ESSENTIA) Hic observetur, qvod jam supra à nobis monitum, Christum non esse Verbum πρόφειαν; sed υπόστασην.

(g) SOLIS &c.) Qvo in sensu similia in hoc articulo à Christianis

terrâ. Igitur Christus non est substantia; sed opus Patris, cum splendor radiorum solis non sit substantia; sed opus substantiae. Præterea hoc exemplum nihil habet commune cum Deo, qvia sol est corpus splendens, cuius radii minima qvâsi nubecula obscurantur, cum sit corpus limitatum. Omnipotenti vero Deo, qvi sine limite & corpore est, qmodo potest tribui, Christum esse splendorem radiorum ejus? Hinc etiam sequentur duo absurdâ, Christum non esse substantiam, & Deum similem esse corporibus, & sic utrumqve vilipenderent, Christum enim facerent gradu inferiorem reliqvis hominibus, qvi constant substantiâ corporeâ, & substantiâ animæ: Cum manifestum est, Christum habuisse utramqve substantiam, & non divinitatem, qvam ipsi tribuunt.

Nunc ad 7. reliquos articulos humanitatis. Duo primi ii sunt: 1. Christum conceptum fuisse operâ Spiritus S. 2. Natum fuisse ē Virgine S. Maria, qvæ erat Virgo ante in partu, & post partum.

Constructio horum articulorum aliquando, obscurata est; alioquin idem fere dicimus Mauri. "Mauri tamen dicimus animam Christi esse Spiritum S. (h) & Spiritum Dei, sicut & Adami, & qvia miraculo fuit creatus sine Patre, ideo vocamus eum Spiritum Sanctum, & Spiritum Dei, & Prophetam & Nuncium Dei,, utentes medio; in quo sem-

Ethæc verba exhibet  
Selden, i.e.  
p. 576.

stianis adducantur, jam diximus  
supra p. 42. 19.

(h) SPIRITUM SANCTUM)  
Distinguere alias Mohamme-  
dani nonnulli solent inter Spir-  
itum, Spiritum DEI, & Spiritum San-

tum. Sic namqve Abu Laith Sa-  
marcandenus in Carechesi ap. Andri.  
Müller in Notis ad excerpta MS. Tur-  
rici Azizi Nesephai lit. E.z. Ange-  
los ait non habere Netsani. e ani-  
mam. Spiritum tamen Mohamme-  
dem

per est veritas, & non extremis, ut faciunt Judæi (i) & Christiani. Christiani enim hominem creatum, natum, comedentem, dormientem, & denique affectum reliquis homi-

## K. 3

num

dem suum vocat : JE:um Nazarenum D. N. Spiritum DEI Alcor. Surat. IV. frequentissime omnium Gabrielem Angelum Spiritum Sanctum h. e. Spiritum Sanctificantem, uti Attasmeddinus not. ad comm. Beidav. exponit, Decade fol. 18. p. 5. Cumque adeo per Spiritum S. communiter intelligentiam Gabrielem Angelum, vid. & Henning. Muhamedan. precant. p. m. 55. 67. 324. & 357 Nihilominus tamen & munus Propheticum videntur interdum hoc ipso vocabulo innuere. Sic enim habuit Seldenus penes se Theologum & Philosophum in Mohammedi danis eximium MS. Alshieeb Halli Ben-Abdalebarim, qui in opere, cui titulum fecit : liber Viri perfecti, seu perfectionis Humana ap. Mohammedanos Africanos conscripto, & jam supra à nobis citato, c. 50. ap. Seldenum in tr. de Synedriis l. 2. c. 4. p. m. 575, de Spiritu S. ita philosophatur : Scendum est, Spiritum Sanctum esse Spiritum (per excellentiam) Spiritum & oblectatur transitu seu descensu in-

frat amplitudinem suam. Nec omnino de eo dici debet, cum esse creatura, cum modus singularis, seu produblio sibi propria vera, adeoque nica sit. Atque Spiritus est non instar Spirituum aliorum, quia Spiritus est Dei, qui afflatur ab eo in homine, & ad eum versatur in verbis ejus. Et Spiritualiter ei afflatur. Spiritus autem hominis Creatura est, sed Spiritus Dei non est Creatura. Atque hic est Spiritus S. quoniam scilicet est sanctificatus absque deficiencia aliquâ essentia. Ad qvâ forte respxisse videtur Ahmet Ben-Abdala, cum h. l. Christum, ut Spiritum Dei (de quo jam supra p. 53. sqq.) sic & Spiritum S appellat, quia nimur nuncius & Propheta Dei fuit.

(i) JUDÆI &c.) de horum calumniis ex professo egit. R. Dn. D. August. Pfeiffer. in Obirector. Apell, in Theal. Judaic. Exerc. 5. p. 206. sqq. Adde & Cl. D. N. Rödolph. Martin. Meelfahreri dissip. de Jesu in Talmude.

(k) IM-



num imperfectionibus (k) vocant Deum. Et extremo alio utentes maledicti Judæi; Prophetam & nuncium Dei, miraculo & gratiâ Dei creatum ex matre Virgine, & honesta, vocant genitum in peccatis pessimæ vitæ, mendacem &c. (videant propter Deum, qvam perversa & disformia extrema) Maurus autem lumine legis, Sacri Alcorani & Prophetæ Mahumeti dicit verum (utens medio, ubi semper est virtus & veritas) i.e. eum esse Spiritum s. Prophetam Dei, creatum in gratiâ è virgine matre honesta Sancta, qvæ omnino superaverit virginitate & sanctitate omnes alias mundi mulieres, & utrumqve (& Christum & matrem ejus) frui Deo, & fruituros in secula. Autores vero extremarum opinionum (qui nec attente legerunt Prophetas, nec dederunt eis debitum sensum) pœnituros facti, in die judicii, nullus dubito.

In qvinq; (l) reliquis articulis (eum passim & mortuum

(k) IMPERFECTIONIBUS) Christiani Orthodoxiores Salvatori suo nullos, alios defectus tribuunt, qvam qvos libere, & quantum Officii mediatorii ratio exigit, assumunt, suntqve infirmitates naturales, qvæ ceteris hominibus in statu naturali constitutis necessario, & sine vitio insunt. Qvos defectus nunc in statu gloriæ Christus deposituit. vide Systemata passim. Ceterum medium illud, qvod h. l. adeo jactat Mohammedanus, qvod eodem sui utantur,

cum revelatione destituatur, & potius contra eam sit, fidem plane nullam meretur.

(l) IN QVINQVE, &c.) Recenset hic Mohammedanus fidem Christianorum de Christi passione, morte, resurrectione &c. Sed inspergit simul fabulosa multa ex Pontificiorum Legendas & Pseudepigraphis desumpta. Qualia e. g. sunt (1) quando præcise 5000. flagris Christum flagellatum scribit, qvod ex revelationibus Brigitta l. i. c. ro. habetur. Qvatnvis alii adhuc aliqum



tuum propter salutem generis humani, descendisse ad inferos, & inde eduxisse animas sanctorum Patrum, qui jam diu expectaverant ejus sanctum adventum, surrexisse tertiam die e mortuis, ascendisse ad cœlum, ubi sedet à dextris Dei Patris, inde venturum tandem judicare vivos & mortuos) omnino fatentur Christiani, quæ seqvuntur, i. e. Christum Deum & hominem crucifixum esse à Judæis & mille tor-

men-

lium habeant numerum. Sic enim *Gerson in Hist. Passion. numerat* 5375. *Landulphus de vita Christi* 5475. *Vincent. serm. de pass. scribit*, corporis ossa esse 276 Christum vero ita flagellatum, ut cuilibet ossi triplex ictus responderet. Qui tamē præcisus númerus in Scripturā non habetur, cum procul dubio malorum horum non fuerit numerus. (2) Mentionem facit *Longini*. Sic scilicet *Pontificii* nomen militis illius, qui latus Dulcissimi Salvatoris nostri vulneravit, exprimere solent, & quidem ex suppositione Nicodemi *Evangelio*, & *Mannuali*, quod falso tribuitur *Augustino*. Ita enim in Martirologio Rom. Miles hic sic vocatur. Quemadmodum & prope Lugdunum ad confluentem Rhodani & Araris in fano S. Mariæ insula Barbarorum, ut vocant, Epitaphium militis legi hoc nomine : Qui

SALVATORIS LATUS IN CRUCE CUSPIDE FIXIT LONGINUS, HIC JACET, refert. *Bartholin. de latere Christi aperto p. 65.* Qvod nomen judice *Ludovico de Dieu in Anim. advers. ad Hisso. Christ. Persie. p. 626* est ex græco λόγχη, ut adeo ex instrumento clarus factus fuerit miles. Quæ etiam conjectura est *Forsteri, Gerhardi, Schmidii, Calovii*, aliorumque, quorum meminit *Celeberri*: *Dn. Exoch. Svanten. olim P.P. in hac Alma, nunc Rektor Gymnasii Lübecens. meritissimus, Fautor ac Amicus noster estimatissimus, in diss. de Lancea militari, qua Latus Christi perfoſſ. Roachii hab. Ann. 1686. n. 23.* Quamvis *Scaliger*, aliquique velint, militem hunc ita ex historiâ quādam fuisse nuncupatum, cum nomen *Longini* non adeo ignotum sit, quemadmodum & *Longini* cuiusdam qui *Zenobia Palmyrenorum Regina à consiliis fuit, Cris-*



mentorum generibus affectum, malæ vitæ, refractariæ legis accusatum, qvinqve millies flagris flagellatum, faciem ejus sputo conspurcatam, spinis coronatum, ubi coactus fuit bibere calicem amarum, crucem, in qvâ fuit crucifixus, per fora & plateas Hierosolymis portasse, in loco qvodam mons Calvariæ dicto ipsum, una cum duobus latronibus cruci vel ligno affixum, clavis magnis manus & pedes ejus infi-

*Critica artis princeps, qvem & au-*  
*diverit Porphyrius Tyrius Philoso-*  
*phus, meminit Petrus Dan. Huc-*  
*sius, in Demonstr Evang. Propos. 4. n.*  
*55. sq. p. m. 109. 199.* Et qui sunt  
*istiusmodi alii hujus nominis.*  
*Sed vero militem illum vulne-*  
*rantem Christi latus sic vocatum*  
*fuisse apodytice asseri nequit.*  
*Hinc nec Baronio nomen hoc*  
*arrisit, qvod potius, qvamvis*  
*itidem sine ullo fundamento,*  
*Centurioni illi tribuit, qui Christum*  
*Filiū DEI esse agnovit,*  
*vid. & Tillemontii Memoires pour*  
*servir al<sup>3</sup> Histoire Ecclesiastique des*  
*six premiers siecles Tom. I. part. I.* A-  
*liud militis percussoris nomen*  
*procudit Xavierius in Histor*  
*Christ. Persic. p. 489. qvando eum*  
*vocat Ιαγιστος Inagisum, vel Ignatiū.*  
*De qvo qvidem suspicatur*  
*Ludov. de Dieu, qvod corru-*  
*ptum sit ex Ιαγοντη Longus, seu*  
*Longinus; nontamen contra MS.*  
*pronunciare ahdet. Ex Beda vo-*

catur Legorrius. Ut taceamus  
 & reliqua qvæ de coecitate hu-  
 jus militis, ejusque sanatione  
 per sanguinem Christi facta, de  
 asseveratione sanguinis & aquæ  
 ex latere Christ fluentis, de i-  
 pius morte ac sepulchro, &  
 qvæ istiusmodi alia, à Pontificiis  
 narrantnr. Qvæ vero ab Ortho-  
 doxioribus Christianis pro me-  
 ris fabulis habentur. conf. hic  
 B. Quensted. disp. de vulnerib. Christ.  
 c. 1 p. g. 10. Dn. Suant. l. c. ibidem  
 que citatos, qvibus adhuc adde B.  
 Dn. D. Henric. Müller in JEsu patient.  
 n. 87. p. 221. sq. Misandr. Delit. Bibl.  
 N.T. Ann. 1695. Mens. Mart. p. m. 231.  
 199. & B. Darmbauer in Hodomor. Spir.  
 Papai Phantasm. 2. part. I. p. m. 716.  
 (3) Nicodemum vocat Nobilem Ro-  
 manum. Sed confundere hic vi-  
 detur Mohammedanus Nicodi-  
 mum cum Josepbo, qvem nonnulli  
 li in primis ex Pontificio ob au-  
 toritatem Versionis Vulgata ad Marc.  
 XV,

infixos timuisse (m) mortem, & dixisse: Pater si fieri potest, transeat à me hæc mors, & calix amara, hæc dixisse præterea : Eli Eli (n) Laima Sabathani(qvæ verba à Chri-

## L

ftianis

XV, 43. habent pro Nobili Romano. Qvo jure hæc vice non dispotamus. conf. alias de eo congetturas ap.B. Dn. D. Henr. Müller. l.c. n. 89. p.m. 128. seqq. Job. Lightfoot in Hor. Ebr. in Marc. XV, 43. Vol. 2. Opp. p.m. 466. sq. Hammond. in N. T. una cum Jo. Cleric. Animadvers. in Marc. XV, 43. Tom. 1. p.m. 158. v. sq. aliosq; passim. Nicodemum autem (qvo de nomine plurima habet Lightfoot in Horis Hebr. in Joban. c. III. Vol. 2. Opp. p. 608. sq. & in Harmon. Evangelist. Part. 3. Sect. 14. Vol. 1. Opp. p.m. 428. seqq.) pro Nobili Romano à qvoqvam Christianorum habitum fuisse hæc vice non recordamur. Imo & ipsa litera Spiritus s. Job. III, 1. plane contrarium docet. Denique & (4) mentionem facit commenti istius Papistici de limbo patrum, qvem vero priores Christiani non credunt; sed potius impugnant.

(m) TIMUISSE &c.) Respiratur hic ad ἀγωνίαν illam, in qvā Christus fuit. Ἀγωνία autem Aristoteli in Problem. est timor,

quo per certiar opus aggressuru. Proprie juxta alios significat affectum animi in eo, qui in certamen decensurus est, & ut Laertius ait, Φόβον ἀδηλός πράγματος, vel ut Damascen. de O. F. l. 2. c. 15. Φόβον διεπίστατος. ἥγεν ἀπολυχίας, Φόβον γὰρ ἀπολυχεῖν τὸ πράξεως, ἀγωνίαμέν. Sed B. Gerbarius in Harmon. Evang. c. 132. p. 1745. Edit. in fol. putat significationem hanc hūc non quadrare, cum Christo probe constiterit, se laboris sui fructu haud frustratum iri. B. Dn. D. Henr. Müllerus autem in JEsu patiente n. 3. p. m. 8. se haud penetrare dicit, quid adverseatur, qvo minus Christi ἀγωνία μετὰ Φόβου ἀπολυχίας conjuncta dici queat. Etiam si enim ratione effecti, seu redemtionis generis humani frustratio nulla metuenda foret, certe ratione fruitionis illius effecti non poterat Servatori esse ignota, qvando. qvidem omniscientia sua prævidit, maximam humani generis partem hoc λύτρο sufficientis fine



stianis interpretari solent i. e. Deus meus, Deus meus (n) qvare dereliquisti me ? ( qvæ verba sola sufficerent ad cognoscendum, eum fuisse servum, qui noverat Deum suum, qui solus poterat liberare eum : & nullus præter eum ) & dicunt , Christum in cruce obiisse horâ nonâ diei : Longinum lancea perfodisse latus ejus , qvendam nobilem natione Romanum, nomine Nicodemum cum tribus mulieribus ( qvarum singula vocabatur Maria ) clavos ejus solvisse, & eum sepelivisse, tertîâ die resurrexisse, & descendisse ad inferos, & inde eduxisse animas Sanctorum Patrum ( i. e. omnium Prophetarum præteriorum, ut nostri Patris Adami, Abrahami, Noe, Moysis, Davidis, Eliæ, Eliæ, & tandem omnium beatorum, qui vixerant in gratiâ Dei ) & ascendisse in cœlum , ubi sedet à dextris Dei Patris ( sed attendatur ad hæc verba propter Deum, eum sedere à dextris

sime præstito propriâ suâ culpâ non fruituram. Plures adhuc de hoc timore Christi controversias vid.ap.B. Dorsch. in Theol. Zach Part. I. .9. §.301. lqq. p. m. 266. lqq. Sed qvicquid sit ; Metus hic tamen fuit sine peccato, qvia Divinæ Justitiæ non refragatur. Vid. B. Jo. Qvistorp. in Annos. Bibl. in N. T. in Matth. XXVI, 39. p. m. 75. ibidemqve citatos.

(n) ELI ELI , DEUS MEUS &c.) Sic Salvator exclamat in cruce, ex Ps. XXII, 2. & rectissime verba Ebraica vertuntur à Christianis : DEUS meus, DEUS meus,

qvarare dereliquisti me? Qvicquid etiam recentissime Fanaticus ille Olinger Pauli inter varias alias turbas, qwas movit , contra hanc versionem ganniat , Qui lò σα-εαρεῖ in Hebræo glorificatio- em ein verbherrlichen denotare autumat. Qva versione putat eo magis convinci posse Judæos, qui scandalum ex exinanitione Christi semper sumserunt, & propterea locum aliquem ex Talmud adducit , in quo Rabbini maledicunt ei, qui tales confessurus sit Messiam, qui dixerit, quod in morte à patre suo derelictus sit. vid. Ejus Be- he.



tris, (o) qvibus verbis Deo conceditur locus, & dextrum  
& sinistrum, ut aliis corporibus, cum Deo hoc sit impossibile

L 2

bile

hemohit Nasen-Ring p. 14. Eandem versionem & habet Carol. Caanz, qvi in recens *editio Novi Test.* hæc verba Eli Eli &c. per verherrlichen transtulit. Sed omnia absq; ullo fundamento, partim contra ipsam vocabuli Hebræi Ps. XXII, 2. occurrentis naturam ac famosam significationem : partim contra scopum dicentis, qvi summam Exinanitionem suam describit: partim contra versionem Evangelistarum Θεοτόκου : partim contra morem versionum aliarum omnium : partim contra communem explicationem Christianorum omnium. Ut reliqua, qvi brevitati hic studemus, taceamus, qvæ vide apud eos, qvi contra Fanaticum hunc scripsierunt, inter quos etiam habet fratrem suum dilectum D. Jo. Willhelm. Petersen. in der Schriftmässigen Erforschung Anno 1701. edit. Et omnino ex his verbis forma illa Christi servilis summaqve illa Exinanatio constat : non tamen, qvod Mohammedanus noster procul dubio h. l. intendit, seqvitur, Christum scl. non fuisse verum DEUM. Non enim est sermo

aut querela Christi qvoad Divinitatem, Sic enim inter Christum & Patrem est *essentialis unitas* : Nec est derelictio qvoad solutionem unionis personalis. Qvod enim semel sibi personaliter uniendo assumxit Filius Dei, nunquam ex unitate personali abjectit, ut adeo & hic in statu summiæ Exinanitionis verus fuerit ac manserit Deus &c. Conf. B. Dörsch. l. c. part. i. § 168. p. 174. sqq. & Systemata nostra passim.

(o) SEDERE A DEXTRIS &c.) Absurdum hoc videtur Mohaīnedano, qvæsi hâc phrasí DEO tribuatur locus & corpus. Cum tamen heic *per translationem* de DEO dextra enunciatur, qvæque sic non αὐθεωπινῶς & φυσινῶς ; sed θεοπρεπῶς debet intelligi, prout prolixè Nostrates docent. vid. Dörsch. in Pentadec. Disp. 13. §. 35. p. m. 459. B. Feuerborn Fascic. 4. disp. 3. §. 3. & 21. in Opp. Theol. p. m. 570. & 573. & Systemata Theologica passim. Qvales locutiones in toto S. Codice, qvem Mohammedanus

bile) hæc omnia supra dicta continentur in suis Evangeliiis. (p) Et qvod plus est, dicunt, Mortem Christi fuisse necessaria-

nus non rejicit, ubivis sunt obviae. Quid qvod & ipsi Mohammedani istiusmodi locutiones de Deo in Scriptis suis habeant. Sic enim *Auctor Compendii religionis Mōhammedicæ apud Hottinger. in Histor. Orient. l. 2. c. 4. p. 414.* tribuit Deo Solium, qvad amplitudine sue cœlum exequat, & tbernum, quem occupat. Et p. 415. tribuit Deo manum, in qua sunt dispositiones rerum &c. Imo ipse Alcoranus dicit Deum sedere super tbernum, creare manu &c. Qvæ nonnulli ex Mohammedanis plane proprie interpretati, & sic Deo locum ac corpus tribuerunt : Sic enim de iis Greg. Abul-Pharaj : de Historiis Arabum : Motazelitis oppositi sunt Sapbatite, qui statuunt attributa eterna in Deo. Quidam vero eorum eo processerunt, ut ponerent in eo attributa visus, auditus, sermonis, quæ sunt in corpore humano : estimantes: Verba Alcorani, qvæ dicunt, Deum sedere super tbernum, creare manu &c. accipienda esse proprie, & prout sonant, nec aliter expponenda. Conf. de his plura apud Marrace. in Prodrom.

*Part. 3. c. 10. p. m. 177. 199.* Hos ergo attendere & censuræ sua subjecere debuisset Ahmet Ben-Abdala, nō vero Christianos sat orthodoxe hoc loco sentientes. Qvod & ex ipsis Mohammedanis agnovit Abmet. Fil. Abdalhalim, qvando in Apol. part. 2. ap. Marrace. l. c. c. 5. p. 95. ita: Conveniunt autem nationes, scilicet Christianorum, DEum non esse corporeum.

(p) EVANGELIIS) Non hic intelligi poterunt Evangelia illa authentica, qvæ in Codice N. T. Canonico habemus, in qvibus fabulæ illæ à Mohammedano recensitæ non habentur; sed intelliguntur procul dubio Pseudigrapha illa e. g. Prot-evangelium Jacobi, Evangelium Petri, Evangelium Thome, item Philippi, Bartholomai, Andree, Matthei, imo ipsius Iuda Ischariota, 12. Apostolorum, Evangelium Nicodemi, & qvæ istiusmodi alia, de qvibus Magnif. DN. D. Thom. Itigius Patronus noster summopere colendus, in Heptade Dissert. I. & in Dissertat. de Patribus Apostolicis Bibliothecæ Patrium præmiss. Dn. D. Jo. Andr.

Schmidt



cessariam (q) propter salutem humani generis, qvod propter Adami peccatum fuerat damnatum , confirmantes hanc suam sententiam invalidis qvibusdam rationibus, ut hæc, Adamo jam creato Deum dixisse in Paradiſo: come-de ex omnibus iis arboribus ad voluntatem tuam, excepta hac unâ (qvæ dicitur vetita ) & Adamum (adversus præceptum Dei; instinctu dæmonis , qvi specie serpentis illi

L 3

ap-

*Schmidt in Pseudo Novo Testamen-to c. 1. p.m. 14. sqq. & Dn. D. Fabricius in libris Apocryphis N. T.*

(q) MORTEM CHRISTI FUISSE NECESSARIAM &c.) Impugnat hic Mohammedanus dogma illud Christianorum de necessitate Satisfactionis & Mortis Christi , qvod & Sociniani impugnant. Sed veritatem dogmatis nostri de necessitate mortis ac satisfactionis CHRISTI prolixissime Systemata qvævis probant. Qvorum argumentorum pondus admodum compendiosissime ac solide exhibit. B. Dn. D. Feuerborn. in Anti-Ostorod. diff. 33. th. 4. p. m. 499. Urgendo nimirum (1) Divinam sanctitatem, qvâ Deus peccatum odit, & peccatores abominatur (2) Divinā Justitiam, qvâ peccatores morte dignos judicat. (3) Divinam veritatem, qvæ elucet etiam ex comminatione mortis ! Gen. II. 17. (4) Divinam legem mora-

lem , qva ceu immota Justitiæ suæ regula peccatoribus maledicit. Qvod si itaqve Satisfactionis Christi non fuissest necessaria, ut absolute & simpliciter sine Christi satisfactione loco nostri præstata, fuissest propitius Deus, & ex simplici dilectione peccata nostra condonasset , tum læsisset (1) Naturæ suæ sanctitatem, qvia non odisset peccatum, crimen illud læsa divinæ ac infinitæ suæ Majestatis (2) Justitiam suam, qvia dignos morte non punivisset. (3) Suam veritatem , qvia suam comminacionem: moriendo morieris retractasset. (4) Suam legem moralem, qvia maledictionis reos simpliciter absoluisset. Et sic se ipsum abnegasset. Qvod cum impossibile sit, ideo ut DEUS salvis & inviolatis sua Sanctitate , justitia, veritate, ac lege peccatorib⁹ conciliaretur, satisfactione, eaq; infiniti valoris opus fuit neces-sario,

apparuit) comedisse (cum potius Eva fuerit (r) qvæ primo carplerit fructum arboris vetitæ , cuius peccati causa fuerant ejecti è Paradiso) Et cum hoc peccatum, ut dicunt, fuerit adversus infinitum, qvi est Deus: ita culpa, vel pœna hujus peccati fuit infinita; & qvia Adamus (qvi temporalis & finitus erat) non potuit satisfacere, ita fuit necessarium ut Christus Deus & homo (qvi infinitus est) satisfaceret ejus loco. Dicunt enim (s) Christum esse Deum & hominem, & mortuum esse hominem non Deum. Qvam bene

sario, eam autem nemo nisi  
præstare potuit, qvi est CHRISTUS.

(r) EVA FUERIT) Evam primo decerpisse vetitum fructum nemo Christianorum est qvi negat, cum ordinem illum in Historiâ lapsus occurrentem ubi teneamus.

(s) DICUNT ENIM &c.) Arripit hic Mohammedanus errorem Pontificiorum, & eorum, qvi statuunt, Christum tantum secundum Humanam Naturam esse nostrum Satisfactorem ac Mediatorem, item non DEUM; sed solum hominem esse mortuum. Ex qvo contra necessitatem satisfactionis infinitæ argumentatur. Sed Respondemus: Mors Christi dupli- ci modo potest spectari (a) ut in Humanæ Naturæ, & qvatenus spectat ad primum ge-

nus *Communicationis idiomatum*, & sic subjectum ejus QVO utiq; non est Divina Natura, qvæ simpliciter immutabilis, sed Humana; subjectum tamen QVOD omnino est *christianum*, ita ut & DEUS dicatur passus & mortuus, particulæ enim illæ in primo genere occurrentes non sunt separativa, sed distinctiva & determinativa. De qvâ locutione & jam supra p. 70. eginus. Unde & locutio illa de *Funere in Trinitate*, de qvâ B. Dorsch. in *Admirandor. Jesu Christi septenar. dissert 4. p. m. 428. sqq.* (b) mors Christi ut memoria & satisfactoria spectatur ut amnīstia, & sic subjectum QVO est utraqve Natura, & Divina & Humana. Et inde est qvod Christus sit Satisfactor & Mediator noster non secundum humanam naturam tantum; sed &



bene sane quadrat dicere, non potuit satisfacere peccato Adami, nisi infinitus, & statim dicere, Christum mortuum esse, nisi quatenus homo, & temporalis est. Igitur idem potuisset præstare Adamus, qvi erat homo, & hoc fuisset, æquius (t) cum ipsius esset peccatum, & non Christi. Præterea (u) in sacrâ pagina dicit Deus, propter hoc peccatum Adami hominem esse exulem & damnatum ad mortem, & iuslum lucrari vitam in dolore, & Evam in dolore; videmus tamen tam ante Christum natum, quam post eodem modo homines obiisse & lucratos victum in dolore, & sudore. Igitur Christus nihil satisfecit, cum poena illa illata nondum sit ablata morte ejus, & tamen non potest tribui tanta in justitia Deo, ut postquam jam ei plene satisfactum esset pro peccato Adami, non liberaret hominem ab ejus poena, unde evidenter patet, Christum non satisfecisse.

Ad

& secundum Divinam. Quæ prædicatio spectat ad tertium genus communicationis idiomatum. vide Systemata passim. Qvibus observatis evanescunt omnia qvæ hic objicit Mohammedanus.

(t) *ÆQUIUS*) Novum hoc est argumentum contra Satisfactionis, Christi necessitatem. Sed *Reſp* Valeret hoc argumentum, si Adamus infinitæ justitiae DEI Satisfacere, infinitūq; ipsius odium placare potuisset. Qvod vero cum impossibile fuerit, necessaria fuit Satisfactione illa Chri-

sti vicaria, cujus & propterea fuit peccatum Adami & totius generis humani, imputative scilicet.

(u) *PRÆTEREA &c*) Denuo hic argumentatur Mohammedanus contra Satisfactionem Christi, qvia non liberati sumus à quotidiana illâ molestiâ laborum. Sed *Reſpond*. Christus potissimum poenas æternas, ne infligantur, sustulit: mala autem illa corporalia, qvorum Mohammedanus meminit, ne pios per modum poenarum affligant, in paternas castigationes permutavit. *Conf*. B. Scherzer. in Col-

Ad supra dicta respondemus, Christum non obiisse, (x) sed omnipotentē Deum elevasse eum in cœlum instar Eliæ, & liberasse à Judæis, qui parabant insidias ei ad occidendum. Notum enim est, eum solitum fuisse mutare suam figuram, vel transfigurari, quoties ipsi lubebat, & sic ille crucifixus (occulto Dei judicio) fuit qvidam homo ejusdem figuræ & similitudinis ac Christus: & hic erat Judas ille proditor, qui volebat eum vendere Judæis, ut traderet eum Judæis, vel ut ostenderet, quisnam esset Christus, voluit Deus ut ipse proditor Judas (mutando ejus formam & figuram in Christi figuram) caperetur loco Christi à Judæis & Christus evaderet manus eorum, quem levavit in cœlum, ut dictum est, quod omne convenit ac quadrat cum dicto Filii cuiusdam horticolæ, vel qui colebat hortum. Dixit enim se vidisse eodem tempore albam quandam figuram in aère & statim evanuisse, etiam cum Petri negatione, qui ter negavit eum non esse Christum; etiam cum Justitiâ Dei, ut qui mortem alteri cupit, ipse potius moriatur

*Colleg. Anti-Socinian. Disp. 30. Obj. 25. Resp. B. p. m. 296,* Adeoque & hic Satisfactionis Christi effectum videmus maxime necessarium pii.

(x) NON OBIISSE &c.) Communis hæc est Mohammediorum fabula, quam habent ex Alcorano suo, cuius & h. l. Abd al-Med mentionem facit. Sic enim Sur. 4. v. 55. sqq. p. m. 88. asseritur, Iudeos à DEO punitos fuisse propter perfidiam eorum, & eo quod dixerint

contra Mariam mendacium magnum: & eo quod dixerint: Nos sane occidimus Christum & Esüm, Filium Marie, Legatum DEI: Sed non occiderunt eum, neque crucifixerunt eum: Verum objecta est eis similitudo ejus. Et profecto qui discordes fuerint in eo, dubitaverunt de hoc. Non erat illis de eo ulla scientia: Sed solum sectati sunt opinionem: nego occiderunt eum vere, sed Deus elevavit eum ad se. Nam Deus est potens, sapiens. Et hinc varias passim fabulas reperimus

tur, ut contigit Judæ, qvi pro confirmatione hujus facti dis-  
paruit, nec amplius fuit inventus inter Apostolos; sed

M

Chri-

rimus in Mohammedanorum  
scriptis de hâc crucifixione  
*Jude proditoris* loco Christi factâ  
& de *missione Gabrielis*, qvi Chri-  
stum, dum adversus eum insur-  
rexerint Judæi, ut interficerent,  
immisericit intra fenestram do-  
mus cujusdam, in qua erat alia  
fenestella sub tecto ad excipi-  
endum lumen, inde elevatus  
fuerit à Deo in cœlum. Et qvæ  
his similia, qvæ ex Mohammeda-  
nis scriptoribus refert *Marracc.*  
in *Prodrom.* part. 3. c. 19. p. m. 395. seq.  
Negant autem hâc omnia Mo-  
hammedani, *Quoniam Christum*  
*Filium Dei esse, & in cruce mortuum,*  
*est fides illa, qvæ vincit diabolum, &*  
*mundum, & sola est vera & perfecta, &*  
*nulla fides præter illam resistere potest*  
*Diabolo, & dare vittoriam, & immor-  
talem vitam fideli in regno cœlorum*  
*intellexuali & incorruptibili.* Recte  
monente *Cusano in Cribrae, Alcoran.*  
l. 1. c. 3. Sed vero revera ipsum  
Christum & non Judam prodi-  
torem Christi loco esse crucifi-  
xum & mortuum prob. (1) ex  
unanimi omnium Evangelista-  
rum testimonio. (2) ex tot typis,  
ac vaticiniis V. T. crucifixio-

nem ac mortem Christi præfi-  
gurantibus & prædicentibus.  
(3) ex ipso Judæorum testimo-  
nio, qvi ut ipse Alcoranus affir-  
mat, *se le Christum Jesum Filium*  
*Mariæ legatum Dei crucifixisse*  
& occidisse fatebantur. Hodie  
qvoque si interrogentur Judæi,  
fatentur uno ore, rem ita esse.  
(4) ex testimonio & ceterarum  
gentium. Sic enim *Cornel. Tacit.*  
*l. 5. Annal.* scribit: *Autor nominis ejus*  
*Christus, qvi Tiberio inaperito per*  
*Procuratorem Ponitum Pilatum supplicio*  
*affactus erat.* (5) ex alio mortis Judæ  
genere. Ita ut summæ dementiae  
foret ac insaniae infallibile hanc  
Historiae veritatē vel tantillum  
in dubium vocare. Qvæ pro prop-  
banda fabula sua hic adducit  
Abmet partim fabulosa sunt, ut  
qvæ de horticola affert: partim  
contra ipsum, ut qvæ de abne-  
gatione Petrina affert, qvippe  
qvæ Historia fabulas hasce Mo-  
hammedanas potius refutat,  
quam confirmat. Legatur sal-  
tem: Partim non seqvuntur,  
e.g. hocce: Judas cupit mortem  
Salvatori, ergo pro eo mori de-  
buit. *Omnino quidem & pro-*  
*ditor*

Christum dicunt suspendisse ex arbore sambuco. (y) Certum tamen est huic infelici contigisse id quod tribuitur Domino nostro Iesu Christo. Idem etiam afferit in sacro Alcorano Deus, Christum non fuisse mortuum nec crucifixum, sed transfiguratum. Confirmatur (z) tamen haec veritas ex illis verbis: Eli Eli lama Sabathani, nunquam enim qui similes erant Christo Domino nostro Iesu vocarent Deum, quin audiret eos. Hinc patet etiam, eum non fuisse Deum, nam si fuisset, mortem non timueret. Et si Christiani dicant, Christum obiisse, & esse Deum, & Patrem Filium & Spiritum S. esse unam essentiam, apud quem quereretur, (a) vel cui dicebat: Deus meus, Deus meus? Si Deus,

ditor poenas dedit. Sed vero & Christus Justitiae divinae prout in se suscepereat, satisfacere debebat ac mori.

(y) SAMBUCO ) Novam hic Mohammedanus profert fabulam de arbore sambuci, ex qua se suspendisse proditorem non nulli finxerunt, addendo simul arborem hanc, cum prius grata fuerit ob odoris savitatem, nunc post Iudea suspendium multum de gratia sua perdidisse. Fábula Ovidiani illis in libb. Metam. non ignobilior. vid. Clasen. in Exercit. Sacr. ad Passion. Dom. l. 2. c. 12. p. 205. & M. Georg. Goez. in Diatrib. de suspendio Iud. §. 10. & 14. Contra alii fabulantur de sycomoro qua-

*Christian Adricbon. in Theatr. Terre Sancti. p. m. 175. Alii de sicu. Contra quos vid. Isaac Casaubon. Exercit. de rebus Sacris. Exerc. 16. p. 528. seq.*

(z) CONFIRMATUR &c.) Qvomodo haec querela Christi id confirmet, de quo hactenus Mohammedano sermo fuit, certe non videmus, cum potius contrarium probet sat clare. Quod vero ulterius infert contra divinitatem Christi, non sequitur. Vide jam supra p. 81. sgg. dicta, & interpres hujus querelæ Christi passim.

(a) APUD QVEM &c.) Respondent hic Christiani, dirigere Christum his verbis querelam suam ad Patrem suum cœlestem,



Deus erat , cur timuit mortem ? Deus enim non potest mori, si dicant eum uestum apud Patrem, igitur Pater suspendebat eum, & Christus non erat Deus. Si dicant sibi ipsi dixisse talia verba & apud seipsum conqvestum esse, i.e. humanitas apud divinitatem , igitur pœnituit ipsum, cum jam esset prope mortem. Nunquam tamen pœnituit DEum alicujus decreti, vel mutavit priorem sententiam. Deinde petebat auxilium, nec dabatur ei, ergo obiit contra voluntatem. Inqviro , (b) si Judæi crucifixerunt M 2 eum,

stem , illumque ratione humanitatis suæ DEum cum verâ fiduciâ vocat, ita tamen, ut non excludat Spiritum S. & divinam suam Naturam. Qvia enim derelictio , qvatenus *aetere* spectatur, est opus ad extra & essentiale, ideo non potest non omnibus tribus personis Deitatis competere. Atqve ita λόγοι ipse auxilium & solatium humanæ Naturæ sibi unitæ subtrahit , & ita semetipsum dereliquit, qvatenus eandem cum Patre & Spiritu S. essentiam habet. *Vid.* Qvenstedt. in System. Part. 3. loc. de Christo c.3. membr. 3. Thes. 44. p. m. 355. aliosq; Christianorum Theologos passim. Nec tamen exinde sequitur, qvod coacte inde deducit Mohammedanus (1) scilicet , Deum Patrem hic suspendisse Christum & sic EU M

DEum non fuisse. Dereliquisse Patrem Christum seqvitur, non vero, suspendisse eum. Et qvoniam unio personalis & in summâ hâc derelictione maneat, inde nec seqvitur, non fuisse DEum. (2) pœnituisse Christum decreti. Nec hoc seqvitur. Qvod si enim pœnituisset, mortem crucis voluntarie non sustinuerisset.

(b) INQVIRO &c.) Respondeamus ad qvæstionem hanc effato illo Prosperi: *aetio DEO displicuit, passio grata fuit.* Sic & Christus passionem pro peccatis universi generis humani voluit ; actum autem Judæorum, qui erant populus DEI, noluit ; non autem propterea poterit dici victus ab iis, qvorum malitia saltē permisit, nisi & velimus dicere vinci DEum à peccatori- bus

eum, aut factum est ipso volente, vel nolente? Si ipso volente, Judæi non peccarunt, si ipso nolente, Judæi vicerunt eum, qui ergo dicetur Deus ille, qui vicitus est? A Judæis præterea quid cogebat (c) eum mori pro peccato Adami creaturæ ejus? Nonne excellentius & nobilius esset dicere pœnituisse Adamum (d) facti, & Deum Omnipotentem ei ignorisse, quam dicere, non potuisse ignorari, & ita Deum (ut ostenderet affectum suum & amorem erga hominem) voluisse mori: certe ille ipse affectus & amor erat dedecus (e) potius & ignominia hominis, qui videbat Creatorem

pro-

bus omnibus, quorum malitia permittit, interdum etiam adversus semetipsum directam.

(c) QVID COGEBAT) Respondemus: summus amor Job. *III, 16 Ephes. V, 2 & 25.*

(d) POENITUISSE ADAMUM) Respond. Sic non possumus dicere. Nam (1) poenitentia Adami sine fide in Christum satisfactionem spectata nullam habet proportionem ad Justitiam DEI violatam, quia homo finitus odium illud DEI infinitum, quod natura erga peccatum habet, placare nequit. (2) Lex non promittit salutem & vitam sub conditione pœnitentia; sed perfecte impletionis. Legem igitur qui violat, nec perfecte servat, maledictioni & comminationi ejus, quae est mors aeter-

na, subjacet. Cum ergo Adam violaverit legem, subjectus factus est huic pœnae. Nec ignorare hic potuit DEus, quia sic legem suam, quae est ipsa ejus aeterna veritas immutabilis, mutabilem fecisset, & per consequens ipsam immutabilem suam essentiam mutabilem fecisset, i.e. ex DEO non DEum. Absit tam blaspheme cum Mohammediatis de Sanctissimo DEO sentire.

(e) DEDECUS &c.) Utique quidem in iruborem hic homo datur, sed & rursus fide in eum, qui in morte non mansit; sed mortis vincula summa cum gloriâ triumphans rupit, se erigit, & amorem hunc ineffabilem celebrat.

(f) I.



proprium morientem propter peccatum & causam suam, qvi & necessario debebat continuo rubore & pudore affectus esse coram eo, cum ipse homo fuerit causa ipsius mortis. Amor Dei & hominis debet esse reciprocus nec vult homo creatorem ab ipso ita charum, propter ipsum mori.

(f) Inqviro(g) si fit homo dignus tanta pena qvi a comedera fructum aboris illius vetitæ , qvanta & qvam gravi pena erit dignum humanum genus, qvod occidit & crucifixit Filium (qvem ipsi vocant) Dei ; Certe se queretur ex uno peccato s' aliud gravius. Deinde si peccata, qvæ nunc fiunt quotidianæ, sunt etiam contra infinitum, ut primum illud erat, ergo ad singula peccata opus erit uno Filio, (h) & hic esset opus tot Filiis , qvot committuntur peccata ab hominibus , sed ut ingenue fatear, non isto modo agendi appetet amor, qvia si inter ipsos homines (i) honestius

M 3

&amp;

(f) IPSUM MORI) Ut Creator moreretur, hoc omnino homo debuit velle, si alias salutem suam æternam voluerit , qvia aliâ ratione satisfieri violata infinitæ Justitiae DEI non potuit. Modo in morte non maneret, qvam etiam fortissime vicit. Et pro hoc ineffabili amore nunc homo Creatorem suum reciproco amore summo, quo unquam potest, rursus complectitur.

(g) INQVIRO &c.) Respond. Christiani orthodoxiores: peccatum Adami omnium est gravissimum, non modo extensivæ, sed & intensive, ita ut ne peccatum

quidem in Spiritum S. eo sit inferius, ratione scilicet *sui esse*, vid.

B. Balb. Messner in *Anthropolog.* S. disp 4. qv. 4. p. m. iii. sq

(h) UNO FILIO &c.) Respond. Meritum Christi, ut veteres loquuntur, valet & antrorsum, & retrosum. Et Christus semel ingressus sanctorum, & æternam invenit redemtionem Hebr. IX, 12. Non ergo commisso novo peccato novo opus est Filio.

(i) HOMINES) Respond. Longe alia ratio hic est DEI, qvam hominum. Deus enim hic spectatur ut justissimus Judex. Et licet etiam interdum Judices inter

& honorificentius est ignoscere , qvam sumere vindictam  
injuriae illatae, qvanto plus in Deo , cuius tantus amor , &  
misericordia excellit omnes.

Præterea omnes qvotqvot in Orbe sunt Christiani, in-  
ter se sunt contrarii opinionibus, ut Calvinistæ (k) Luthe-  
rani, Anabaptistæ, & tandem, omnes illi, qvi faciunt Pontifi-  
cem

ter homines ignoscant delin-  
quentibus, partim non ubivis re-  
ete agunt, & sic ab injustitiâ ho-  
minum ad Justitiam DEI non li-  
cet argumentari: partim si etiam  
agant bene vi jurâ illius aggra-  
tiandi, qvod omnino in qvibus-  
dam delictis condonandis Prin-  
cipi competit ; tamen & hic alia  
ratio est, qvam DEI. Qvia homi-  
nes, qvi remittunt pœnam spon-  
tibus, tantum de auctoritate suâ &  
imperio remittunt, qvantû pœ-  
næ remittunt, id qvod ipsis licet,  
imo & laudabile est, nolle impe-  
rium omni rigore exercere. Deus  
vero imperium habet in omnes  
creaturas immutabile, nec de suâ  
majestate qvid derogare potest,  
ut res creatâ sui juris l. in aliquo  
casu sit. Hinc *Justitia vindicativa*  
pro servando immutabili o-  
mnigeno imperio ipsi necessa-  
ria est & essentialis.

(k) CALVINISTÆ, &c.) Objicit  
hic Mohamedanus varias sectas,  
qvibus deinde unitatem & con-

cordiam sectæ suæ opponit. Sed  
fallit & fallitur Adversarius no-  
ster argumentosuo, qvod à Ju-  
dæis atqve Græcis accepit, qvi  
jam olim Christianis objicie-  
bant, non oportere credere propter  
dissensionem heresum: vid. Clement.  
Alexandr. l. 7. Stromat. p. m. 753.  
Qvod vero idem ille Clemens Ju-  
dæis & Græcis l. c. respondet:  
qvod & apud Judeos, & apud eos, qui  
inter Grecos fuere in maxima existi-  
matione Philosophos, fuerint plurimæ  
hereses, nego tamen ideo dubitandum  
esse dicunt, quin sit philosophandi, sive  
Judaica in herendum discipline, pro-  
pter eam, qvæ est inter eos, dissensi-  
onem sectarum. Idem & hic respon-  
sum sibi habeant Mohammeda-  
ni, diversitatem sectarum nobis  
objicientes, cum & ipsis tot di-  
scrpantes inter se habeant se-  
ctas, ac adeo non ita unanimes  
sint, ut hic gloriatur Ahmed.  
Sicenim Jo Henr. Hottinger in Hi-  
stor. Orient. l. 2. c. 7. p. m. 549. se-  
quentem habet Mohammeda-  
norum



cem vel Papam mendacem, ejus Missam, Sacra menta, im-  
gines, confessionem, & tandem qvicqvid creditur in Eccle-  
siâ Romanâ : Pontificii vero omnes unanimis contra af-  
ferunt, hos omnes Calvinistas, Lutheranos &c. damnari.  
Si hoc esset verum, unde appareret amor Dei, si solaea causa  
(quia non credunt Pontifici, aut ejus Decretis) damnaren-  
tur? Clarius sane, & evidentius amor Dei in lege Maurorum  
elucet & splendet, ubi dicitur, Deum esse Dominum abso-  
lutum, & ignoscere sine ullâ causâ solâ suâ misericordia  
motum.

norum Schismaticorum & Hæ-  
reticorum catalogum. (1) Ha-  
nifæorum. (2) Melkitarum. (3)  
Schafæorum. (4) Henbelitarum  
(5) Schamrachæorum. (6) Mu-  
tazalitarum (7) Ghahetæorum.  
(8) Ascharitarum. (9) Kadræo-  
ruim. (10) Ghabræorum. (11)  
Dararæorum (12) Hamzæorum  
(13) Karmataeorum. (14) Zindi-  
kæorum. (15) certantium de Al-  
corano, creatus sit an increa-  
tus. (16) Sectarum qvæ ortæ  
sunt Chorasanæ in Islamismo  
ex religionibus magorum &  
Charmitarum. (17.) dissentien-  
tium in explicatione Alcorani,  
& rituum. (18) Doctorum in  
Turciâ, dissentientium (19) Per-  
farum. (20) Eorum, qvi crede-  
bant, Mohammedem oculis ho-  
minum subductum certo ali-  
quando redditum ad refor-

mandos hominum mores. Sed  
*Marraccius in Prodom. Part. 3. in*  
*fine cap. 24. p. m. 532.* procul dubio  
ex odio erga Hottingerum, qvia  
Reformatus fuit, ex qvo sæpius  
male eum tractat, judicat & hic,  
infelicissime sibi successisse, si  
Hottingeri Tigurini mutilum confu-  
sum arg. infideli Catalogum secu-  
tus fuisset. Hinc alium catalo-  
gum Hæreticorum Mohamme-  
danorum exhibet, & qvidem  
antiquiorum ex *Israeli Filii Aly*  
*Historiâ Arabicâ* communicat,  
qvam latinis verbis summatim  
recenset, & sunt seqventes : (1)  
Motazelitæ, & ipsi sunt Kadritæ.  
Qui rursus in alias sectas divi-  
duntur, nempe (a) in *Vaselitas*,  
asseclas *Vasel Abu Hodeiphe* (β)  
in *Hadilitas*, asseclas *Hadil Alapba*  
(γ) *Nadhamitas*, asseclas *Abraham*  
filii *Jossari*, cognomine *Nadham*  
(δ) *Ha-*



(d) Hajetitas & Hadachitas, qui as-  
seclæ fuerunt Abmedi-Fili Hajeti,  
& Phadeli Filii Hadatbi. (e) in Ba-  
sceritas, asseclas Basceri Filii Mo-  
ameri (f) in Moameritas, asseclas  
Moammeri Filii Ebadi (g) in Mardaritas  
asseclas Ise filii Sobiebi, qui  
cognominatus fuit Mardar (h)  
in Themamitas asseclas Themama fi-  
lii Basceri Namirensis (i) in Hascia-  
mitas, asseclas Hasciamii Filii Am-  
vui Karariensis (j) in Giacheritas  
asseclas Amrai Fili Babri Giacheri.  
(k) in Chaiatitas asseclas Ebn. Al-  
hoseini Filii Abu Amrui Chaiatita.  
(l) in Gebaitas, & Babascemitas. (m)  
Gebaritæ. Qvorum variae sunt  
Scholæ (n) pura. (o) media (p) Ge-  
hamitarum. (q) Nagiaritarum (r)  
Dbaritarum. & Haphstarum. (s)  
Saphatitæ. Qui dividuntur (t)  
in Asciaritas (u) Mosciabebicas. (v)  
Caramitas, qui dicuntur etiam  
Hesiarita, Kalamita, & Mogiasse-  
mita. (w) in Ghamamitas i.e. Nubi-  
arios. (x) Charegitæ, & Vardita.  
Qui rursus distinguuntur (y) in  
Azarecitas qui s. arguuntur hære-  
sium, (z) Nageditas, qui rursus di-  
viduntur in Baibacitas, Aupbitas,  
Ablo-taphsri i. e. Professores in-  
terpretationis, seu interpretationis-  
tas, Asabol-suali i. e. Professores  
interrogationis, seu interrogatio-  
nistas, Moballebitas i.e. Licitistas,  
Mopharveditas i.e. Arbitrarios, &  
Salebitas. (y) Agiareditas. Et hi rur-  
sus abeunt in sectas, quales sunt:  
Salatitæ, Maimunitæ, Hamzite, Atra-  
bitæ, Chalpitez, Hazemite, Scioaibitæ  
(d) Thaaebitas, qui denuo distin-  
guntur in Achnasitas, Moabitas,  
Residitas, Sciaibanitas, Mocarremi-  
tas, & Maalumitas. (s) Abaditas, qui  
dividuntur in Haphsitas, Jezideas,  
Harebitas. (t) Sapbaritas, qui &  
dicuntur Ziadite (v) Morgitæ.  
Hi quadrifariam dividuntur,  
nim. (w) in Puros, & hi rursus in  
Jonasitas, Obeiditas, Assanitas, (x)  
in Kadritas (y) in Gebaritas, qui  
& dicuntur Thaubanite (z) & in Charegitas, qui etiam dicun-  
tut Taumanite. (6) Sciaite. Hi  
subdistinguntur (a) in Caisani-  
tas, qui denuo dividuntur in  
Mochtaritas, Hascemitas, Baianitas,  
& Razamitas. (B) In Zaiditas; Qui  
denuo dividuntur in Giaruditas,  
Solimanitas, & Salebitas, qui & Ab-  
tarita. (y) in Emamitas, qui sub-  
distinguuntur in Bakeritas Vaphe-  
kitas & Giaapberitas, Navvitas, Aph-  
tabitas, & Sciamisitas. (d) in Ismael-  
itas, qui & Vakepbitæ vocantur, &  
subdistinguuntur in duas sectas,  
nempe Mosaicitas & Mophadalitas,  
qui constituunt unam sectam,  
& Ethnasciaritas, qui etiam vo-  
cantur Kataita. (e) in Golatas seu  
Galitas,



*G*ilitas, qui subdistinguntur in Sabaitas, Kamelitas, Albanitas, (qui & Damaita Ainita Maimita Gorabita vocantur) Mogheiritas, Mansuritas, Chottabitas, Caialitas, Hasciabitas, Zararitas, Nobamanitas, Junasitas, Nasritis & Esbakitas, Batenitas, &c. Qvarum sectarum omnium dogmata ex citato libro arabico recenset *Marrac.* l.c. c. 24. 1020. p. 488. 199. Nec parum se adjuvit ex *Abrahomo Ecchellensi*, qui earundem sectarum catalogum ab Imae<sup>lo</sup> translatum posuit in suo *Eurybio vindicatu contra Selden*. Idem *Marracius* & c. 25. ex *Ricaut Historia de praesenti statu Imperii Othomannice* & recentiores Mohammedanorum recenset sectas, Quales sunt (1) Sonnitæ & Sciaitæ. Priores sunt Turcæ omnes Arabes & alia gen- tes innumeræ : posteriores Persæ sunt. Quæ duæ sectæ vehementissime à se invicem dissen- tiunt. (2) Seilis. (3) Motazalitæ qvidam, (4) Malumigi. (5) Mezzachuliali (b) Jabaiachi. (7) Kadezadali. (8) Cap messa- hy. (9) Muserini. (10) Kadeza- dali alii (10) Kadezadali mixti. (12) Bektakis (13) Sabin. (14) Munasihi. (15) Escraki. (16) Hiaretis. En insignem & hor- rendum sectarum numerum !

Sunt quidem ex Nostratibus, qui ob Turcicam vim, quæ ferro dirimere solet controversias, tantum numerum vix sibi ima- ginantur ; Recensetur nihil minus tamen ab auctoribus, quorum fides non est suspecta. Et quid respondebunt Mo- hammedani, cum idem illud divortium ipsis prædixisse dicatur Pseudo Propheta, ut refert Imael Filius Aly in cap. de gente Mos- lemorum : dividendos scilicet fuis- e Magos in septuaginta sectas, Ju- daeos vero in septuaginta & unam, Christianos autem in septuaginta & duas. Mohammedanos denique in septuaginta ac tres. Si ergo ex mul- titudine sectarum probabitur dogmatum falsitas, Mohammedismus omnium erit falsissi- mus. Hinc quod olim Ahmed Fil. Abdalbalim ap. *Marrac.* l.c. c. 23. p. 448. sat scopticè Christianis objicit : *Si decem Christiani simul congregarentur, certissime discinde- rentur in undecim sententias* : Idem illud in Mohammedanos retorqvemus verbis *Ricauti*, re- rum Mohammedanarum peri- tissimi, qui i.e. dicit, *tot esse inter Mohammedanos sectas & hereses, quot civitates, imo quot Familiae, vel etiam homines, qui tenuissimam literaturam, rerumqve arabicarum*



motum. Adamum (1) pœnituisse peccati & plorasle (quando privatus fuit gloria, quam antea habebat) & Deum missile eum Angelum S. Gabrielem, qui nunciavit, jam Deum ei ignovisse, & ita rediisse iterum in gratiam Dei, & sic auxit etiam prolem ejus. Et sane augmentum hoc generis humani non tuisset, nisi Deus jam ei ignovisset, & ita hodie per Deigratiam mundus fere plenus est lege Mahumetanâ,

qvæ

eincturam acceperint, reperiuntur: Hinc & noster Ahmed frustra Christianis tot sectas objecit, cumhabuisset domi, quod agere potuisset. Ceterum conf. adhuc de variis Mohammedanorum sectis præter jam citatos, B. Dn. D. Dannhauer in dispt. de Ecclesiâ Muhamedanâ p. 35. sqq. Dn. Matth. Frid. Beck. in Bi-nis capit. Alcor. in not. ad Surat. de Rom. p. m. 45. sqq. conf. & Sr. de Moni Histoire Critique de la creance des coutumes des Nations de l'orient Chapitr. 15. p. m. 181. sq. Hoorn-beek. in Summ. Controv. p. 87. sqq. B. Dn. D. Pfeiffer. in Theol. Jud. & Mo-bamm. Exerc. 7. p. m. 390. sqq.

(1) ADAMUM &c.) Uti de Adami Creatione Mohammedani multas habent fabulas, de quibus B. Dn. D. Hinckelmann. in prefat. Alcor. premiss. lit. D. & Henning. in Muhamed. precant. ad precat. 19. p. m. 421. sq. Ita & de ipsius

lapsu ac pœnitentia plurima fabulantur. Sic enim Abu Moham-med Mußaphi Ben Alsbid Hasen in Historia Universali ejectum esse Adamum, scribit, in montem Sa-randib in Orientali Indiae plagâ, & ab aliis memorari ait, Adamū tunica suâ siculneâ amictu illuc pervenisse, ibique folia & quibus ea composita est, vento & calore arefacta, indeque in pul-verem redacta dispersa fuisse vento atque expulvere illo ortam fuisse plantarum per Indiam odoriferarum copiam. Etiam tum cum tum Evans ut pœnitentes in luctu fuisse continuo per centum annos, seu, ut alii, per 300. atque ex luctus illius lacrymis natum esse, DEO sic volente, lignum Aloës Zingi-ber Cariophyla, id genus aro-mat' alia. Et qvæ his similia, de quibus plura Selden. de Synedr. l. 1. c. ii. p. m. 312. seq. & de Jure N. & G. l. 3.

l.3.c.11.p.m.346.sq. Ea autem, qvo  
rum Ahmed noster meminit, cu-  
desumta sunt ex Alcorano Surai.  
L.v.33. usqve ad 38. p.m.4. verba ara-  
bica Hackspann. in Fide & legibus  
Mohammed. Lit. L. 4. ita vertit:  
*Diximus: O Adam habita tu, &  
uxor tua paradisum & edite ex ea lau-  
re quoad visum vobis, & ne accedatis  
ad hanc arborē, ne sis in errantib-  
us. Et peccare fecit eos Satanus  
ab eo, itaque expuli eos de eo quo fu-  
runt in eo. Et diximus, discedite,  
pars vestra pars alterius hostia erit,  
& vobis in terra mansio & fruitio ad  
tempus. Et didicit Adamus a Domino  
suo verba, & misertus est super eo,  
quia ipse est clemens misericors. Di-  
ximus, abite ex eo simul. Verum  
veniet vobis a me directionem, neque ti-  
mor contra eos, neque illi tristis-  
erunt. Et qui infideles sunt, &  
negarunt signa nostra, illi erunt so-  
ci ignis, ipsi in eo eternum panes da-  
bunt. Qvam eandem fabulam,  
mutatis saltem nominibus, &  
aliæ gentes habent: qvemad-  
modum eam a Sacerdote qvodam  
Peguano relatam ex Ferdin. Men-  
der. Pint. Reiss. Betschr. recenset  
Celeberr. Dn. Tob. Pfanner. in Syst.  
Theol. Gentil. c.7. §.10. p.m. 206. ubi  
ita se habet: Post erutum ex*

aqvâ Orbem, hortum à Deo  
plantatum esse, cui incolam, cu-  
todemqve hominem Adae no-  
mine, cum uxore Baragone dede-  
rit; utrumqve in obseqvii spe-  
cimen ea lege adstrictum, ne  
arboris (*Hilafaran* vocabat) fru-  
ctum temeraret, qvam suo ho-  
norí se posuitset, ni pareret, gu-  
la intemperiem horrendis sup-  
pliciis luituros, etiam in posteros  
transfuturis. At serpentem ex  
domo sumi, magnam istam *Lupan-*  
*to* veritam, ne homini suâ erga  
Dei jussa reverentiâ æternâ felici-  
tas obtingeret, mulieri me-  
lioris sortis spe pellectæ persua-  
sisse, ut vetitos fructus invade-  
ret, marito qvoqve in criminis  
communionem pertracto. Un-  
de horto expulsis mors, dolores,  
atqve inopia ab irato Numi-  
ne incubuerint, qvod tamen  
Adæ multis lacrymis testata pœ-  
nitentia utcunqve mitigârit.  
etc. Et hoc dogma qvod justi-  
tiam, sanctitatem, veritatem, ac  
legem Dei & per conseqvens  
ipsum Deum tollit, coecus Mo-  
hammedanus præfert sanctissi-  
mo illi Christianorum dogma-  
ti supra a nobis probato. Absit  
a timientibus Deum istiusmodi  
blasphemia.

qvæ amplectitur(m) qvidqvid à Gange & ab orientali India in  
Ungariam usqve est, & à Tanai, & Tartaria usqve in mon-  
tes Lunæ, & Caboverdæ, qvæ est major & præcipua pars  
orbis terræ: omnes tamen unanimes & conformes fatentur,  
Deum esse unum (in quo non norunt Filium nec Spiritum  
S.) Mahometum esse Prophetam, & nuncium DEI, o-  
mnes Prophetas à Deo missos in mundum (nemine excepto)  
esse veraces. Si vero inter Mauros aliquia dissensio est (n)

non

(m) QVÆ COMPLECTI-  
TUR &c., Sat thrasonice hic  
Mohammedanus Christianis  
objicit amplitudinem Moham-  
medismi, qvæsi ipse totius orbis  
incolas numerasset. Sed (1) si  
de numero incolarum orbis ve-  
limus iudicare, nondum evi-  
ctum erit, qvod hic Mohamme-  
dinus præsupponit, sectam sci-  
licet suam omnium esse nume-  
rosissimam. Curiosum est, qvod  
Eduard Brerewood *Anglus* in investi-  
gatione linguarum ac relig. c. 14. ob-  
servat. Initâ qvipperatione, qvâ  
proportionem investigat par-  
tium terræ inter se per Euro-  
pam, Asiam, Africam, & Ameri-  
cam qvæ vel à Christianis, vel à  
Mohammedanis, vel à Paganis  
idolorum cultoribus possiden-  
tur, tandem colligit hanc pro-  
portionem: si cognitis mundi regio-  
mes (videlicet Europam, Asiam, Afri-  
cam & Americam eisque contributas  
insulas) dividamus in triginta por-  
tiones aequales. Christiani possident  
portiones quinq; , Muhamedani por-  
tiones sex, Idololatreæ sive pagani por-  
tiones novendecim. Qvæ & com-  
probant Job. Forbesius à Corse in In-  
struc. Historico-theolog. l. 4. c. 23. n. 5. p.  
220. sq. Qvæ si vera sint, Moham-  
medani plurimum ad huc supe-  
rantur à reliquis paganis, qvibus  
tamen veritatem nullam con-  
cedunt. (2) Et si etiam potio-  
rem orbis tenerent partem, non  
tamen id argumentum foret  
pro veritate sectæ suæ. Via enim  
ad damnationem ducens est latior ac  
implior præ illa, que ad vitam ducit,  
quam paucissimi inveniunt Match.  
VII. 13. sq.

(n) DISSENSIO EST &c.)  
Communis hæc est Mohammedanorum Exceptio, si ipsis objicia-  
tur sectarum varietas. Sed re-  
spon-

Morgenländischen  
Gesellschaft



non certe est in Symbolo illo Creationis talis legis, neque in Unitate DEI. Clarum enim est, si fuisse verum, DEum obiisse amore generis humani; hoc ipsum, i. e. creatio talis merito fuit causa confusione in omnium cordibus; Nec inter homines esset tanta diversitas religionum, si sentirent DEum obiisse amore ipsorum. Et quod plus est, affirmant (omnes quotquot non crediderint mortuum eum esse propter hominum salutem) non fore salvos. Cum igitur Deus amet veritatem & prospiciat bene suis creaturis, vult ut fere totus Mundus re bene perspecta sequatur legem Mahumetanam (o) quae est lex DEI & vera data mortalibus

N 3

ab

spondemus! Si solus ille articulus de unitate & prophetia Mohammedis ad unitatem sectæ sufficit, cur ergo reliqui Mohammedani Persas hunc articulum non negantes, majori odio prosequuntur, quia ipsos Christianos? Et de inde facile idem regerent Christiani ad dubium illud, quod ipsis ex eodem capite formant. Et denique quantum articulum de Unitate Dei attinet, illum admittunt gentiles omnes, quos tamen in societatem suam admittere nolunt Mohammedani. Quod vero Mohammedem Prophant attinet, tum in hunc usque diem nondum probarunt, Prophetam cum fuisse, quin potius contrarium, Pseudo Prophetam ac impostorem eum fuisse supra probatum dedimus, & eo

magis ex mox dicendis de Alcorano idem patebit, ad quem nunc missò discursu reliquo Ahmedi inutili jam pergimus.

(o) LEGEM MAHUMETANAM &c.) Per legem hanc ut ex infra dictis apparet, intelligit Mohammedanus Alcoranum, quem una cum Suna i. e. oralibus traditionibus habent pro principio fidei suæ. De Alcorano ipso dictum ex professio alibi, scil. in diff. peculiari sub Presidio nostro hab. Hic potissimum de Autoritate ejusdem dicendi occasionem Mohammedanus nostre suppeditat. Cumque & hoc unum ex primariis fidei Mohammedicæ capitibus sit, quod annihilandum, breviter jam de eodem erit agendum.

Et

ab ipso DEO, amore & misericordia nostri mota. Præterea lex DEI & vera cum sit divina, angelica, & cœlestis, anima etiam nostra natura sua habeat quid angelicum & cœleste, statim assentitur iis, quæ ex DEO sunt, & à legе sua, & arrident ei. Et quamvis homo ignoret, unde hac ipsi eveniat ob interpositionem corporis, operatur interius Deus ignorantibus sensibus, unde evidenter appetet, legem Maurorum esse cœlestem & divinam. Experiendi enim

Et quidem sic Mohammedano nostro, ejusque sociis opponimus hanc Antithesin nostram: *Alcoranus non est divina auctoritatis.* Probamus hoc ex eo, quia Alcoranus destituitur criteriis illis, quibus alias divinam Scripturæ S. auctoritatem demonstrare solemus: Sic (1) hic defunt *testimonia interna*, eaque (1) *infallibilia*, nempe (2) *testimonium constans de seipso*. Jam enim dicitur. Alcoranus a Deo factus, jam ab hominibus, & quidem sapientibus. Sic enim *Surat. 27. v. 6.*

p. m. 339. dicitur *القرآن*

*سیکم دین* Sic & Mo-

hammedi dicitur tradit⁹ modo in cœlo, modo in terrā, modo à Deo, modo ab Angelo. Testi-

Alcoranus dat, falsum esse, patet partim, quia Mohammed non fuit verus verinominis Propheta, sed impostor, homo idiota, ut in ipso Alcorano vocatur *surat. 3. v. 143.* Epilepticus &c. de quo ex professo iam supra p. 24. lqq. egimus, conf. & B. Hinckel. in prefat. *Alcor. premiss. lit. B.* partim quia solus Mohammed non est Alcorani auctor. Qui enim integrum Opus Mohammedi tribuunt, mirifice falluntur, rectissime judicante Hinckel. I. e. Maximas partes Judæus & Sergius Nestorianus, Arabibus Bahira dictus sibi vendicant: nec tamen ut excludantur plane alii. Nam cum utriusque religionis hominibus in Syria, ubi ad tempus Mohammed mercaturam exercebat, multum conversatus erat. De duobus servis in officiâ fabri gladiorum Meccensis, qui

qui ipsi Pentateuchū illum & Evangelia prælegerint, testatur Zamasbarig, conf. hic rursq; Hinkelum, l.c. & Marratt, in Prodom. Prefat. c. 4. p. 232. 199. partim & ex ultius dicendis magis adhuc patet, testimonium Alcorani de se ipso esse falsum. (β) Et deest interna quadam vis ac operatio, ut ex ipsa lectione & experientia constat. Gloriatur hic quidem AHMED BEN-ABDALA de internā quādam operatione, quā vero non est nisi præcepta quādam opinio. Inde etiam est, quod non facile legamus, quemq; vam ex solā Alcorani lectione fuisse per vim illam internam in eodem latentem Muselmannum factum, quemadmodum de S. Codice Christianorum legimus, multos per operationem ejusdem divinam ad Christianismum esse conversos. (2) Et desunt probabilitas illa. Qvalia e.g. sunt (a) doctrina genus celeste & divinum. Quod certe in Alcorano non reperiatur. Cum hoc genus doctrinæ sit (a) Hæreticum. Sic enim plurimas hæreses semper ab Orthodoxa Ecclesia rejectas ac damnatas recoqvit ac fovet, quales inter alias sunt Arianismus, ac Nestorianismus, quorum vestigia

negari nequeunt. Ita & quæ Surat. 3. v. 79. 82. 83. & 84. habentur Novatianismus, hodiernumque errorem Terministarum manifeste satis sapiunt. Et quæ his similia. (b) plane impium adversus regulam fidei, Deum, Christum e jesusque mortem, Christianos, circa juramenta, latrocinia, discrimen veræ ac falsæ religionis quoad salutis adeptionem. Ut plurimis speciminibus prolixissime ostendit Jo. Forbes, in Instruct. Histor. Theol. I. 4. c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. (c) illegitimum, dum varias illegitimas leges sancit & comprobat, quales e.g. sunt de repudiis uxorum, item de partu viduarum, quām Mohammed, & Mohammedani Jcti suis scriptis confirmarunt, ac in suos retulerunt codices, scil. partum, quēm triennio, vel etiam septennio, ut alii malunt, post Mariti obitum vidua edit, legitimū defuncti mariti Filium habendum esse, eoq; nomine hæreditatem adire posse, vid. Abraham Eschbelensis. Histor. Arab. p. 170. Edit. Paris. Et quæ infinita istiusmodi alia (d) fabulosum. Sic enim continet ex plosas illas fabulas de Abrahami missione in ignem, de Angelo mortis, de Bove sub terra, cui sunt 40. cornua, de septem dormi-

dormientibus &c. vid. B. Pfeiffer. *Theol. Judaic. & Mohammed. Exerc.* 6. *Tb.* 26. p. m. 300. *sqq.* (e) absurdum tam in *dogmaticis* quam in *Historicis*, quæ apertissimam Alcorani fallitatem arguunt, vide *Exempla ap. Pfeiffer. l.c. tb. 27. 28. & 29.* (f) *fædum spurcum ac lascivum.* Qvando e.g. *Surat. 2.* legitur: *uxores vestra sunt aratura vobis. Indice ergo araturam vestram ad lubitum.* Qvod *glossa explicat: adice eas sive secundum, sive contra naturam.* Scelus! & quæ de coitu cum mulieribus *spurcissima* habentur alia. Conf. *Forbes. l.c. c. u.* (g) *barbarum inhumanum ac crudeli.* e. g. de verberandis uxoriibus, de propaganda fide per gladium &c. Tacemus in finita alia. Et quæ alia ab homine impio, lascivo, latrone crudeli, ac impostore pessimo, Mohamede scil. promittere nobis possumus? (h) *Sanctitas incomparabili.* Hanc vero qvomodo Alcoranus urgeat ex jam dictis constat. Spiritualis enim nihil continet, cum nihil reperiatur, qvod ultra carnalis alicujus hominis ingenium assurgat. Ut ipsa lectio testatur. (y) *flyli majestas ac singularitas.* Et haec hic desideratur. Eqvidem *thrasonica multa Mohammedani ha-*

bent de stylo Alcorani, nec difitemur, qvoad Analogiam Grammaticam eum accuratisimum ac exactum satisesse, vide de eo *Pfeiffer. l.c. tb. 16. sq.* In se vero & ratione connexio- nis est mere anilis, affectatus & ita obscurus, ut ne ipse qvædem Mohammed intellexerit, vid. *Cantacuzen, Orat. 1. in Mohammed. 85. sqq.* nec ipsi Muselmanni, unde tot infinitæ Alcorani expositiones maxime dubiæ. Unde & Saracenos Alcoranum non vulgari, nec in alias lingvas ver- ti permittere putat *Theoph. Raynaud. de malis & bonis libris partit. I. Erot. 12. n. 344, Tom. II. Opp. p. 320.* Et optime Stylum Alcorani de- scribit *Marracc. in Prefat. Prodom. c. 4. p. 11. 72.* ubi inter alia ita: *Est locutio Alcoranica valde similis illi, quæ utuntur Demones in Energumenis, vel arreptitiis, vel quando se ab omnibus audiri sint intermisce- do vera falsis, ludicra seriis, clara obscuris & sepe per anigmata & ambages loquendo. Hujuscemodi erant oracula gentium & ita sepe Demon plures decepit.* Conf. & eundem de Stylo Alcorani. *l.c. c. 2.* Bene qvæque in hanc rem *Richard.* in der *Verlegung des Alcorans vers.* à B. *Luther. T.S. Opp. Altenb. p. m. 16.* der Alcoran *hält nicht die Weise*



zu reden: wie andete Heil. Schrift; denn er ist durchaus auff Reim. Weise oder Poetisch gestellet / wie man die Lieder zu singen macht! Solche Weise aber zu reden ist nicht allein wieder die H. Schrift; sondern auch wieder alle Philosophen/ Rechte / und andere Lehr-Bücher/ ohn wo die Gesänge sind. Denn es schickt sich nicht / wenn einer predigen/ lehren / oder für Gericht reden soll / das Er daher läßt me mit Reimen gefast/ als wolt er ein Lied singen / oder Lotterbüchisch spielen, etc. De metro Alcorani conf. adhuc Pfeiffer l.c. th. 18. p. 288. seq.

(3) *Parvum omnium consensus & perpetua conformitas.* Et hæc deest. Sic enim (a) contradicit Scripturæ S. tam V. quam N. T. quam tamen ipse Alcoranus prædicat, & passim pro Divinâ habet. Et hoc ex utriusque collatione ad oculum est, in articulis de SS. Trinitate, de Christo, aliisque. Qvalia loca Alcorani textibus librorum Scripturæ, qui à Turcis recipiuntur, contraria, una cum anachronismis, & his similibus, studiose collegit Petrus à Valle, teste Leone Allatio in Apibus Urbani p. 226. (b) contradicit & sibi ipsi. Sic enim Christianis modo salutem promittit, modo de- negat, nunc mandat castitatem,

nunc libidinem promiscuam admittit, modo neminem cogi vult ad fidem, modo arma ac vim urget. &c. conf. Hinckelmann. l.c. lit. E. Henning. in Mubammed. precant. p. 142. &c. Idem & abrogata illa in Alcorano sat aperte ostendunt, de qvibus Marracc. in prefat. Prodr. c. 5. p. m. 275. sqq. Quæ abrogatio certe non esset, si liber hic à DEO. Pergimus (II) & ad. *testimonia externa.* (1) Ita hic deest Ecclesia testificatio. Sic enim Ecclesia clauso canone, qui est V. & N. T. Codex, nihil novit de Alcorano. Sed si quis prædicat aliud Evangelium præter illud, quod annunciatum est, etiamsi & Angelus esset, anathema dicit cum Paulo Gal. 1, 8. (2) deest miraculorum celebritas. Sic enim ipse Mohammed testatur, se cum miraculis non esse missum, cum qvibus tamen omnes veri Prophetæ missi sunt. Conf. supra dicta p. 25. & p. 59 (3) de- sunt pœna violatoribus Alcorani in- flicta, à DEO scilicet. (4) desunt martyria vere sanctorum. Licet enim forte nonnulli ob doctrinam Alcorani à Pontificiis crea- mati, de quo Mohammedanus noster infra, vel etiam ab aliis occisi; illi tamen non minus Martyres dicendi sunt, ac gen- tiles

O

tiles ob idolatriam cruentâ morte affecti. (5) Abest quoque *Alcorani conservatio miraculosa*. Conservatum quidem in hunc usqve diem esse Alcoranum à Mohammedanis, non possumus negare ; miraculosa vero illa non est , cuius circa sacram Codicem varia habemus specimina. Artes enim , quibus conservatus hactenus est superstitiosus ille Alcoranus, sunt præsertim quatuor. (α) Latrocinium, & terror gladii (β) perfidia , qvam rebus suis utilem fuisse ipsi Mohammedani non diffitentur, qvi ex usu suo fidem datam fallendo, pactaque convinta pro lubitu violando sape conditionem suam meliorem efficere conantur. (γ) carnarium voluptatum effrenis licentia & promissio. (δ) Imperatus stupor , & coeca obedientia. Prohibet enim Mohammed examen suæ doctrinæ, nec sinit de eâ disputare : conf. fo. Forbes. in *Instruct.* l. 4. c. 15. p. 202. sq. Deniq, (6) desiderantur quoq; testimonia ipsorum hostium. Cum in contrarium ipsius Mohammedanæ gentis nonnulla passim reperiantur non adeo optima testimonia. Sic enim de Odimann Successore Omaris, & soce-

ro Mohammedis legitur, qvod imperfectus à *Mohammedo Filio Abubekris* anno ætatis 82. regni 1. Alcoranum in sinu habuerit, in quem gutta sangvinis stillaverit & paulo ante obitum præceperit Alvalido filio Hacabæ, ut codices Alcorani dilaceraret, & lavaret aceto, eo qvod magna dissensio de Alcorano orta esset, & qvod deinde combusti sint codices omnes, excepto uno, secundum quem reliqui sunt examinati. vid. *Elmaein. in Histor. Saracen.* l. 1. p. 35. & *Eccellenſ. in Cbron. Orient.* p. 65. & *Hennig. in Mubammed. precant.* p. 228. Et qvæ sunt istiusmodi infinita alia, qvæ hic contra avthenticam, ac divinam Alcorani autoritatem afferri possent, qvæ brevitatis ergo tacemus. Conf. adhuc plura ap. *Richard.* in der *Berlegung des Alcorans* Tom. 8. Opp. *Lutheri Altenb.* & ipsum *B. Lutherum nostrum vom Krieg wie der den Zürtchen* Tom. 4. Opp. p. 530. *Barthol. Edeffen in Confusat.* *Hagaren. in Var. Sacr. à le Moyne edit.* p. m. 35. *B. Dannbauer disp. de Eccles. Muhammed.* p. 27. & 57. sqq. *Matth. Fried. Beck in Binis Capitul. Alcor.* in *notis ad Surat. de Rom.* p. m. 50. *Gaudagnol. Apol.* c. 7. 50. *Andreas Conf. Sect. Moham.* c. 4. & 6. *Hoornbeek in Suram.*

Controv.

enim compertum est, Maurum nunquam (p) mutare legem, vel religionem suam. Centum anni jam sunt, & ultra Hispaniam fuisse oppugnatam à Christianis, & tamen omnes illi, qui ducebant originem à Mauris vixerunt usque in hæc tempora inter Christianos non mutatâ lege propriâ, quod neque iis nostris temporibus sunt oranino ejecti omnes à Christianis. Desperabant enim jam omnino Mauri, aliqvando adoraturos imagines suas voluntarie, quam sæpe coacti sint vi & infiniti eorum religionis ergo cremati. Diversum vero, & contrarium videmus in Christianis (q) qui (in omnibus bellis mundi tam in Hispania,

O 2. 11. 11. qvam

controv. l. 3. p. m. 121. 199. Ex quibus satis jam appetet, legem Maurorum non esse tam divinam cœlestem ac Angelicam, ut hic gloriatur Mohammedanus, nec DEUM velle ut Mundus eam sequatur.

(p) MAURUM NUNQVAM &c.) Gloriatio hæc thrafonica est contra quotidiam experientiam, quæ toties testatur de Mohammedanorum conversione ad Christianism.

(q) CHRISTIANIS &c.) Non equidem negandum multos & ex Christianis transire ad Mohammedismum. De quo ut & de ritibus circa circumcisionem perversorum horum occurrentibus breviter Genfrenus in description. Aul. Ture. p. 48. Part. 1. ex Georgievitz p. 182. ita:

Six Christianis quispiam sua sponte ad Mohammedanos transit, & circumcidunt se patitur, quod sæpe continet, propter gravissimum jugum & onus tributi, ut dicitur per omnes vi-  
cos atq; placeas civitatis summo cura  
honore, & omnium Mohammedanorum applausu & gaudio, pulsantur ob id tympana, & hujusmodi  
circumcisio dantur quoque munuscua: & dein à tributi solutione immuni-  
nis proclamatur, cuius lucri spe multæ:  
ex Grecis & Albanis Christianis cir-  
cumcisionem admittunt. Si quis ve-  
ro exhibet vi compulsus circumciditur,  
ut puta qui Musulmannum feri-  
ret, vel vituperio afficeret, vel Mu-  
hammedem blasphemaret, quod vide  
Episcopo cuidam Grecorum contigisse,  
illi nihil datur: à tributo tamen liber  
est & immunis, sicut ceteri Musulman-  
i. Qvibuscum & convenienter,  
qvæ

quam alibi habitis) qvotqvot fiunt Mauri vel coacte, vel voluntarie, tandem sunt ex corde & animo Mauri: Passim enim videmus ut qui heri fuerit Christianus, hodie religio- nis ergo ex acie descendat in pulverem adversus Christianos adorantes imagines, & occidat omnes, qvot potest, nec Fra- tri proprio parcat. Hoc etiam experientia compertum est, si cui remaneat adhuc affectus aliquis occultus Christia- nitatis. Filii tamen ejus semper sunt integri, & corde Mauri. Contra in Mauris si quis coactus sit esse Christia- nus, tamen paucis verbis efficiet, ut Filii persistent in lege Majorum. Tantum potest veritas,

Præterea lex Dei semper habet præcepta, qvibus præ- cipiat, & prohibeat, & orationes, qvibus dictis animæ fiunt puræ, declarat etiam qvid sit gloria, qvid infernus, qvid uni- tas DEI; & tandem est Scriptura, ubi declaratur, qvomo- do omnes causæ orbis debeant judicari, & omnes actio- nes institui, qvomodo vendendum sit, nuptiæ, hæreditates, & tandem qvidqvid civile & criminale est, ibi continetur & declaratur. Continet (r) præterea qvomodo fit ado-

randus,

qvæ refert Johann Helfrich im kurzen und wahrhaftigen Bericht von der Reise aus Benedig nach Hierusalem &c. Lit. y. Tantum potest falsitas! Sed qvicqvid sit, naufragium hoc fidei suæ hi πρόσκαιος æternum luent. Ce- terum magnum thrasonem ri- dendum magis, quam refutan- dum hic agit Mohammedanus, judicans de integritate fidei, qvod tamen opus solius DEI

est, qui tantum novit qvidjin homine, de quo nemo homi- num judicare potest.

(r) CONTINET &c.) Exhibere hic conatur Ahmed speci- men aliquod Alcorani, ejusq; partim doctrinæ, Christiano- rum fidei adversæ: partim etiam mysteriorum, qvæ ex præcon- cepta mente suâ contineat. Sed quam jejuni hi flosculi omnes, qvilibet eos legens jam videt;

cum

randus Deus, qvomodo sint purgandæ animæ ab appetitu & affectibus pravis, qvi ex corporis unione veniunt. Fit etiam ut s̄epe concurrent hæc tria in unicâ Oratione Alcorani, ut circa unitatem dicit verlus Mahumeti sic: DEus est unicus in essentia, & attributis, cuius auxilio & ope eget, qvid. qvid est, & ejus essentia sublimis, & libera ab omni auxilio & ope alterius, independens ab alia causâ, & omnes causæ ab eo pendent, qvi nulli miscetur rei, nec ulla res miscetur ei. Hæc verba declarant unitatem DEI. In alio verlu dicit: DEUS est illè ( nec ullus præter eum ) qvi comprehendit omnia sapientia sua, quem non latet atomus vel minutum s. in cœlis s. in terris. Et in alio verlu dicit, ille qvi ubicunqve est, vobiscum est, & tandem ejusmodi infinita de Unitate, qvæ longum esset recensere. Et in alio versu accutans animam vitiorum ejus dicit: Anima negligens redi ad DEum, Creatorem pura & munda ab immunidis affectibus vitiorum tui corporis: Ego enim te fudi ē mundicie Angelicâ, ut fesses digna meæ gloriæ, qvam tibi promitto in secula: Et in alio verlu monens de gloria dicit: Credentes festinate, abjicite pigritiem & servite DEo, ut digni fatis ejus veniæ, & gloriæ, qvam DEus paravit vobis, cuius capacitas & amplitudo est tanta, ut comprehendat cœlos & terras, & multa alia de gloria (s) di-

## O 3

cit

cum nihil occurrat, qvod ultra sapientiam, stylum ac mysteria misellorum gentilium passim sapiat, & qvod non multis erroribus sit stipatum.

(s) GLORIA &c.) Qvam abjecte & carnaliter Moham-

sientiant ex eorum Alcorano allisq; scriptis constat. Optime id additis suis animadversionibus brevissimis describit B. Dn. D. August. Pfeiffer. in Pan Sophia Mosaic. 7. p. m. 221. sq. ita: Die Paradies. Freude und das ewige Leben soll nach Mohammeds Meynung

cit:monens de inferno (t) illi , qvos DEus amoget & separat ab igne, concedens eis gloriam sunt beati, & in alio versu dicit: Timete homines ignem qui accenditur gente & lapide, qui paratus est non credentibus: Alii præterea quam plurimi versus , & mysteria sunt, quæ longum

nung in eitel Fressen / Gauffen / und courtesiren bestehen / denn er verspricht denen die es mit ihm halten / schöne Aleppsei und allerhand Früchte (wie den kleinen Rindern) Surat. II. VIII. einen Frank der so stark und picant, als Ingber seyn soll (muss ein niedlich Gesoffchen seyn) Sur. LXXVI. der Radix . Flus soll noch süsser als Honig / weisser als Milch / kälter als Schnee/weicher als Schaum seyn (das ließe sich noch leichter Trinken) Sur. CVIII. Es werden im Paradiese schöne Tapezereyen und Betten seyn/ auf welchen, schöne Jungfrauen liegen die so grosse Augen haben als Lauben - Eyer (das las mir Glotzen seyn) und der selligen Leute Betten werden gegen über stehen/ und sie werden nach ihnen belieben bey ihnen schlaffen dürffen (das las mir ein sein sauberer Leben seyn) Sur. XXXVIII. XLIV. LV. Und damit ja diese Mohammedische Paradiese Freude den Leuten recht ins Herz gebildet werde / so dürffen sie in ihrem Thesauro Secretorum oder

also genandten Geheimniss. Schreiben es werde ein jeder Einwohner des Paradieses so viel als sonst 100. Leute Fressen / Gauffen/ und der Venus Lust pflegen können (vid. Pocock ad Abul Faraj. p. 293.) Ey so stände dich den Gott und hohle dich der Teuffel mit samt diesen deinen Paradiesen du Bosewicht. &c. Et licet non nulli ex Mohammedanis excipiunt, improprie hæc esse intelligenda; parabolicus tamen sermo caste ac prudenter est tractandus, nec tam indigna æternâ gloria afferenda. Conf. Hackspan. de usu Lib. 6. Rabbin. n. 80. & 86. 19. p. m. 348 & p. 353.

(t) INFERNO.) Et de inferno plurimas habet Alcoranne fabulas. Sic enim Surat. 24. Impi contumaces exterminate ad inferos neque precipitabuntur lacus: tabes lanie & urinosa aqua potionem misam imbibeant: undeque illis mortis horrida prius obversabitur imago, quam totam etiam insipido ore deglutiunt. Et paulo post; Deus omnipotens sepulchris egredi boni-



estet hic recensere. Deinde in præceptis sic dicit : DEus præcipit vobis Zala (u) i.e. orationem certis temporibus notis, qvæ sunt aurora, meridies, & vespera, qvando sol occidit, & qvamdiu illa rubedo solis apparet vesperi usqve ad albedinem ejus & tandem irruat nox. Qvod attinet ad præceptum-

*homines tum iubebit suis, compediti  
Et catenis conficti tum comparebunt  
reprobi pice Et sulphure illitis vesti-  
bus ardentibus carbonibus, sedato  
vultu. Sc. Surat. 28. Incredulos die  
judicii prorsus igne circumdabimus,  
eisque postulaniibus dabitur aqua  
gravi flaccidum oculorum corro-  
dens, qui potus est pessimus. Et  
Surat. 54. Peccatores tum citan-  
erunt ex arbore, quæ velut ignis in aliis  
eorum servibit, Et cibum illum in me-  
dio igne sumentes reservabunt. U.  
jam sententiam illam de ponte  
Zorai, qui septem constat arcu-  
bus, taceamus. Vid. Hottinger in Hi-  
stor. Orient. l. 2. c. 4. p. m. 421. Abrab. Ec-  
clellen. in Histor. Arab. p. 406. sq. Hen-  
ning. in Mubam. precant. p. m. 413.  
sq. &c.*

(u) ZALA) Agit hic Mo-  
hammedanus de qvibusdam  
peculiaribus legibus religionis  
suæ practicæ, qvarum nonnulli  
recensent, ut sunt purificatio  
Oratio. Eleemosyna, Jejunium, & per-  
grinatio. De qvibus singulis pro-  
fixe Marracc. in Prodom, part. 4.

& hic Ahmed agit, excepta  
peregrinatione, forte qvia à Mo-  
hammede non instituta, sed  
ex usu Ethnicorum Arabum ab  
eo accepta. vid. Marracc. l. c. c. 8.  
p. m. 135. Et qvidem primo loco  
agit de Zala i.e. Oratione, in qvâ  
Mohammedani admodum se-  
duli sunt, sic enim qvotidie  
qving; vicibus in singulis tem-  
plis ac delubris orant. Statuta  
circa orationem habent sex (1)  
Tahrima præparationem (2) sta-  
tionem (3) lectionem (4) capi-  
tis, dorsiqve inclinationem. (5)  
adorationem, incurvando se ita  
ut fronte terra tangatur. (6) fel-  
litionem finali per spatium,  
qvo fiat testificatio. vid. Marracc.  
. l. c. c. 5. & Henning. in Mubammed.  
precant. saepius, de Dieu ad Act. III,  
i. Nonnulli huc etiam refe-  
runt purificationem. Nam ut  
scripsit Ebnol Athir : Non acci-  
piet DEUS orationem sine purifi-  
catione, & Algazelus : Clavis ora-  
tionis est purificatio. Decem ejus  
species assignat Sciatur Settanus,  
qvalis

qvales sunt. (1) Gargarizatio, sive oris ac palati collutio. (2) Narium aqua immissa purgatio. (3) Mystarum tonsura. (4) Capillorum ac barbare discriminatio. (5) Dentium confractione. (6) mundatio ab iis, qvæ ab ano, & mentula seu cunno egrediuntur. (7) Unguium præfessio. (8) pilorum axillarum evulsio. (9) rasura pubis. (10) Circumcisio. Addit *Algazelus* ablutionem articulorum digitalium: & purgationem flexuarum eorundem articulorum, seu unguium extremorum. In *Alcoran. Surat. 5.* legitur: *O Fideles cum surgetis ad orandum, lavate facies vestras, & manus vestras usque ad cubitos & confritate capita vestra, & pedes vestros usque ad talos.* Fit autem mundatio ordinarie per aquam, quam si habere non possunt, sumunt pulverem ē superficie terræ. Vide de purificatione ac mundatione *Marracc.* loc. c.c. 4. *Henning. in Muhammed. precant.* p. 34. sq. *Edoard. Pocock in Not. ad Port. Mos. cap. 9.* p. 189. Ceterum, ut ad preces Mohammedanorum rursus deveniamus, illas hisce inaugurantur verbis:

۱۱۱ *Allabo Akbaro, qvi-  
bus verbis cum altis clamori-*

bus etiam ex templorum turribus populum ad Synaxin invitant. Ex qvibus nonnulli autemarunt, Arabes sub Moham medismo *Venerem* invocare, propter *Chobar*, qvam nonnulli putant *Venerem* fuisse, inter qvos & *Scaliger* est de *Emend. temp. t. 2. p. 132.* de qvo *Veneris* cultu & vide *Hottinger. in Hist. Orient. l. 1. c. 7. p. m. 233. sq.* & *Selden. de Jur. Nat.* & *Gent. l. 3. c. 20. p. m. 438. & sq.* Sed *Abrah. Ecchellenſis in Histor. Arab. part. 1. c. 11. p. 207.* dicit, non mediocriter decipi hæc afferentes, qvia putat, neminem Arabum scribere, qvod *Venus* illis vocata fuerit *Chobar*, & verbis illis precibus præmissis ac invitatoriis nil aliud significare Arabes, qvam *Deum esse omniam Maximum*

﴿) *Akbaro* enim nomen superlativum esse à positivo  
﴿) *Chabbiro.* i. e. *Magnus*, ita ut duæ illæ voces significant: *D'Eus maximus.* Qvæ loquendi formula eadem ipsi videtur, ac ista Romanorum: *D'Eus optimus Maximus.* Erroris vero de cultu *Veneris* fontes his aperit *Ecchellenſis* verbis: *Ego puto, errorem hunc duplici ex origine manasse.* *Dies ista sacra erat Veneri ap Romanos* *Gra-*



ceptum decimarum (x) saepius dicit sacer Alcoranus : Date DEO in sacrificium decimas, & primitias. Præcipit etiam jejunare (y) certis diebus, ut est Ramadan. (z)

P

No-

Gracosque, quamobrem idem institutum Arabibus fuisse, falso arbitriari sunt. Nostram roboret sententiam tam antiquissimum, quam recentius vocabulum, quibus feriabec sexta notatur apud Arabes utriusque seculi quorum neutrum ex Veneris nomine impositum ipse fuit. Nec minus quoque occasione forte dedit Mahometi genitis Pseudo-Prophetæ salacitas libido & lex ab illo lata, quam venerei voluptatibus, illecebrisque laxat habenas, ac uxorum numero, & Concubinarum grege non solum eam large atque liberaliter huic turpitudinis quasi Numini dicat ; sed etiam prodige. &c.

(x) DECIMARUM ) Sic e.g. pro camelis, pro bobus, pro ovibus pro eqvis decimas suadant. De quibus Marracc. l. c. c.6. Vocant & decimas eleemosynas. de quibus Ahmed infra.

(y) JEJUNARE ) Legem hanc sat clare docet Alcor. Surat. 2. ubi ita: licet vobis nocte Jejunii coitus cum uxoribus uestrum, ipse sunt indumentum vobis, & vos indumentum ipsis. Novit Deus quod vos defraudatis animas uestras, & misericors est

vestrum, & parcat vobis. Itaque jam miscemini cum eis, & inquirite, quod prescripsit Deus vobis, & comedite, & bibite, quoad agnoscatur vobis filum album pre filo nigro ex aurora lucecente. Exinde complete jejunium ad noctem usque, neque miscessini cum eis, & vos permanentes in templis. De quâ lege notata digna sunt verba Ludov. Vivù ap. Hackspan. de fide ac leg. Mohammed. Lit. M. ult. ubi ita : Tale jejunium indicere nuncio & Propheta Dei non est dignum. Qymodo legislator ad crapulam & ingluviem quasi abortatur, & instruit suos ? Primum jubet cibis abstinere usque ad serum, uestere autem quasi detracatis frenis & sublati repagulis emitit edendi avidos ad praesepe bellum. Edite, inquit, ac bibite usque ad auroram. Quid potest dici immoderatus, aut magis pecunium, quam stratis mensis accumbere à sole occidente ad orientem ? hac non est jejunii lex; sed sagina magisterium, & officina: &c.

(z) RAMADAN ) Menses habent Mohammedani 12. Quos Abrah. Ecchellens. in Hist. Arab. l.c.



Notari etiam debet S. Alcoranum habere præcepta ob-  
liga-

*i. e. p. 206. ita recenset. (1) Et Nabu, dictus etiam Moharramo. (2) Hoat, vocatus quoque Sapbaro. (3) Taliu. (4) Nager. Qponiam autem ex Mashudii sententia in ver inciderant, in ipsa anni primâ institutione, primus appellatus est Rabib Alavalô ver primum; alter vero Rabibô Althani, ver secundum. (5) Asmab. (6) Amnab. ii in brumam & hyemem incidebant. Hinc primus Giamadi Alavalô, alter Giamadi althani vocatus; Giamada ~~ata~~ Giamada i. e. concrevit, quia bis duobus mensibus aqua frigore concrevit. (7) Adlach, etiam Ragiab. (8) Lasab. Hos mense ad aquas querendas sais gregibus & armentis dividebantur Arabes, ac in varias distribuebantur equitum turmas & ordines ad incursiones facientes, & patria insidente institutis latrocinia exercenda, ex quo vocabulum ipsi inditum Schiabhan dividens. (9) Zabero. Qponiam autem sol maximis & vehementissimis caloribus tunc seruebat, cum annus institerit est, *très*, Ramdan ab ipsis sortitus est nomen. Unum præterea est ex DEI epithetis. Quamobrem advertunt gentes scriptores, non esse absalute usurpandum; Sed cum addiç, quocies ad mensem significandum illo utimur, dicendumque tunc esse, mensis Ramdan. Nam simpli- citer prolatum denotat ipsum DEum. (10) Barat, item Scival ob libidinis estum camelorum, quo mense à nuptiis abstinuerunt Arabes. (11) Nahir, item Dual Kaadah. (12) Morais s. Dual bagiati, quo mense ad tem- plum Meccanum proficiuntur. De initio vero anni non convenit inter scriptores, qvidam autu- minum faciunt, qvidā ver. Eichel- ensi videtur in autumnum inci- disse, sicqve mensem Mobar. in- cidisse pro tempestatum ratio- ne vel in Julium, vel in Septem- brem nostrum. Præaliis vero mensis Ramdan Mohammedanis maximie solemnis est, non so- lum quia hoc mense demissus est Alcoranus desuper; sed quia & multa alia magnalia eodem accidisse perhibent, & quidem ex doctr. Mohammed. p. 191. Tom. I. Op. Bibliandr. ap. Henning. in Mubam. precant. p. 68. hoc ordine: Die hujus mensis: 20. descenderunt Psalmi su- per David. 21. Natus est Salomon. 22. remisit Deus David peccatum Uriæ. 23. Natus est Christus Filius Mariae. 24. locutus est Dominus Mosi. 25. ex celo demissus est Alcoranus super Mu- bamma-*



ligatoria, & voluntaria, & Eleemosynas (a) & trahit DEus homines, ut faciant veldent eleemosynam dicens : qvi voluerit dare DEO bona sua in lucrum, ipse infinite ei augebit & reduplicabit. Et dicit : homines servite DEO, cum indigeatis eius gratia, & DEus non indigeat vobis, neqve aliquo alio, cum sit omnipotens, cui locus sit in semetiplo.

P 2

Demis

bam medem & divisum est mare. 26. dedit DEus tabulas Mosis, 27. degluttivit cete Jonam, 28. reddidit DEus viuum cæco, 29. Adsumit DEus Enoch, 30. Abiit Moses in montem Sinai: Hinc hoc mense celebrant magnum suum jejuniū omnes, præter infirmos, & viatores, eo modo, ut supra ex Alcorano audivimus. Post jejuniū celebrant festum suum Bairam, ut Christiani post tempus quadragesimale Pascha. vocatur & festum Kurban in memoriam Abrahami, quem exemplo impotoris sui, turpissimā ~~anno~~ tradunt Ismaëlem DEO in sacrificium offerre voluisse. Et quidem Turce finito suo jejunio primo celebrant suum illu-Bairam, seu magnum festum, quod per triduum continuant, mane quidem cultui divino vacantes, postea vero totum diem epulis, tripudiis, & facetiis consumen-

tes Deinde vero post duos menses celebrant suum Cudschuck-Bairam, quo inter alia solemnia sacrificia sive victimas offerunt; eas tamen non comburentes; sed inter pauperes distribuentes. Conf. Du Ryer in Profat. Alcoran. gallice translato premiss. que exhibet Summar. relig. Turc. Hoorn-beek in Summ. Controv. l. 3. p. m. 146. sqq. Forbes in instruct. I. 4. c. II. p. 196. Et B. Dn. D. Aug. Pfeiffer in Theol. Jud. & Mohammed Exerc. 7. ib. 14. p. m. 422. sq. ibidemque citatos. Et Persas hoc mense Ramesan jejunare, quando inter alia & magni sui martyris Hosseini memoriam celebrant, nec in hoc mense nuptias concedere, refert. Dn. Fransisci im Kunst- und Sitten-Spiegel ausländischer Völker L. 3. p. m. 943.

(a) ELEEMOSYNAS) Et has maxime urgent Mohammedani, qvas non tantum hominibus

Denique omnium (b) eorum, quæ homini nascenti possunt contingere ad mortem usque, tam in temporalibus, quam spiritualibus expressam facit mentionem sacer Alcoranus, nulla excepta, vel relictæ. Et si hoc verum est, dicant jam Christiani, si Christus est Deus & venit ut Magister esset (c) hominum, ubi sunt libri, (d) scripta vel præcepta, quæ reliquit? Nec sufficit hic Christianis eum verbo docuisse, respondere, quia ipsi, qui vixerunt tempore Christi non potuerunt omnes sequi eum sine scriptis, quanto minus ii, qui ejus tempore non vixerunt? Notum jam est Deum dedisse Mosi legem scriptam in tabulis; ipsam vero scriptam, aut maximam ejus partem non servamus, quanto minus, si non esset scripta? Et quid aliud sunt Evangelia,

bus; sed & brutis offerunt, canes per plateas discurrentes cibando, piscibus in flumina panem projiciendo, aviculas ex caveis pecuniâ redimendo, & libero aëri committendo, teste *Geusreo in descript. Aut. Turc. P. I. p. 56.*

(b) OMNIUM &c.) Admodum thrasonica hæc est gloria de perfectione Alcorani. Qyod si enim haec omnia contineret, volumen infinitæ molis deberet esse Alcoranus, quem vix mundus caperet. Quam mutilus autem & mancus Alcoran⁹ sit, quilibet videt, quimodo collationem ejus cum S. Codice Christianorum canonico insti-

tuit. Ubinam enim agit impostor de dilectione proximi etiam inimici, de precibus pro eodem, de beneficiis in eum conferendis? ubinam de vera in calamitate quavis patientia! ubinam de abnegatione sui ipsius, & istiusmodi aliis, quæ hominem vere spiritualem faciunt? de quibus tamen omnibus canon Christianorum perfectissime agit.

(c) MAGISTER) Hic obliviscitur Mohammedanus sui ipsius, ipsiusque sui Alcorani, qui Christum Magistrum hominum ac Prophetam Dei fuisse, non negat.

(d) LIBRI) Libros edere Chri-

lia, qvam Christi historia (e) Reterunt enim eum natum fuisse in Bethlehem in præsepio, & fuisse circumcidum, sannasse agrotos, dedisse viatum coecis, suscitasse Lazarum, venisse Hierosolymam, & unus ex Evangelistis dicit misisse discipulos suos, & attulisse ei asinam, qvā ingressus tuit Hierosolymam. Alius dicit fuisse asinum (f) sibi invicem contradicentes ) in omnibus Evangelii nullum invenitur præceptum (g) vel documentum gloriae, interni, legum divinarum, sive humanarum. Sic etiam Christiani omnes suas controversias & lites tam civiles qvam criminales (non

P 3

ex

Christus noluit; sed commisit ac mandavit id Evangelistis ac Apostolis suis, qvi ex immedia-to Spiritus S. qvem Christus ipsis misit, impulsu, ea & tot jam reliquerunt Scripta, per qvæ sat amplissima Christo collecta fuit Ecclesia.

(e) HISTORIA) Utiqve est historia sed talis, ex qvā generatur fides, per qvam aeternum salvamur, Job, XX, 31. Quid hic desiderandum?

(f) ASINUM &c ) Nulla hic contradistio, ubi unus Evangelista dicit, adductum esse puluum, alter vero adductam cum pullo simul fuisse asinam. Id enim saepius fit, & in aliis Historicis, ut omittatur ab uno circumstantia, qvædam, qvam vero alter habet, in quo tamen non

possunt dici sibi contradicere, cum contradictionis alia sint re-qvisita. vid. hic B. Walther. in Harmon. Bibl. in Matth. 21. v. 5. p. m. 527, 59. Adde notam seqventem.

(g) PRÆCEPTUM &c.) Calumniam hanc satis superque refutat ipse sacer ille Codex. Licet enim non contineat novas leges, qvas utiqve Christus non tulit, cum lex Dei sit ita perfecta, ut nihil demi, nec addi qvicq; qvam debeat; legem tamen multo perfectius explicat, qvā carnalis ille impostor, sic & multo melius gloriam ac infernum explicat, qvam fabulosus ille Alcoranus. Instituatur saltem collatio, & apparebit. Qvod & ipse Alcoranus attestari debet, qvi hic Ahmedium mendacii convincit, cum Surat.

g. v.

ex Evangelio (h) sed ex legibus Romanorum & gentium) judicant etiam quidquid in commodum suæ Reip. est. Qui abusus & error latis notus est. Intellectus enim & judicium gentium, qui non norunt Deum (etsi Deus clarus appareat ipso sole) qui poterit cognoscere gravitatem culpæ peccantis, & debitum, & justum supplicium, & pœnam ejus adjustificandum delictum? Quomodo sciat, jam DEO satistactum tali justitia absque scripturâ, & Prophetiâ? Valde aliter sane Mauri ex S. Alcorano omnes causas, sive parvas, sive magnas decidunt, & judicant, ut moris est in lege DEi,

9. v. 1. 2. p. m. 179. expresse dicitur, quod Deus iis, qui propter fidem occisi, sit datus paradisum quemadmodum ipsis promissum in V. T. & NB. in Evangelio. Quibus addatur testimonium, quo Alcoranus & Evangelium pro diuino habet. Expresse enim Surat. 4. v. 162. dicitur: *Nos sane Alcoranum revelavimus tibi, quemadmodum revelavimus alios sacros libros Noe & Prophetis qui fuerunt post eum &c. & IESU.* Et Surat. 3. v. 83. *Credimus in DEum & in Alcoranum missum ad nos, & in libros missos, ad Abraham &c. & Evangelium IESU.* Conf. supra dicta p. 17. sq. Quomodo ergo sibi poterit contradicere, vel de gloriam & inferno silere?

(h) EVANGELIIS &c.) Nec hoc opus est, cum Christus non

venerit ad leges civiles ferendas. Non enim instituere volebat regnum temporale, ut Mohammed fecit; sed spirituale & eternum. Hinc leges mundanas in suo robore reliquit. Sufficit, Christianos nullas leges admittere, quæ Evangelio contrariae, cum utique DEO magis, quam hominibus obedientum esse norint. Nec est, quod hic in contemptum Christianorum glorieatur AHMED, quod istiusmodi leges omnes habeant in Alcorano. Quid enim leges civiles faciunt ad fidem? Et præterea magnum est discrimen inter leges politicas Alcorani, & aliarum gentium, recte observante Marac. in Prodr. part. 4. l. 2. p. m. 19. Nam Alcoranicæ leges supponuntur immediate traditæ à DEo.



DEI. Sic etiam fiebat olim in Tabb. Mosis (i) unde patet legem Maurorum esse legem DEi, & Christianorum legem esse quid ordinatum ab hominibus. Qvod illud attinet, Christum eduxisse animas sanctorum (k) patrum, error est manifestus. Deus dedit eis legem & scripturam, juxta quas viverent, & salvi fierent, & loqebatur singulis diebus Angelis. Et ipsi DEO loquutus est Moses. Nullus etiam eorum unquam dubitavit solum DEum unum esse, quem etiam adorabant sine ullam imagine, & DEus ipse præcepit eis, ut crederent, non (l) esse nisi unum DEum. Et nullus eorum dixit, DEum habere filium neque habitum. Potius si quis Prophetarum in illâ ætate hujusmodi quid effinxisset, fuisse occisus instar Hæretici. Nec unquam DEus dixit eis filium suum venturum eripere eos ex interno, neq; habiturum Filium; sed pure & simpliciter credebant, & prædicabant gentibus, omnes credentes, & confitentes ex corde unitatem DEi, salvos fore : Et certum est,

DEO, & ideo semper pertinent ad negotium religionis, & si quid in illis injusti contineatur, non potest corrigi per aliam legem, & præterea vitiat ipsam religionem. Aliarum vero gentium politicæ leges, si quid contra ius & fas contineant, corrigi possunt vel per aliam legem, vel per censuram religionis, quæ proinde nihil ex iis detrimenti patitur. Si itaque inveniamus in Alcorano aliquid quod vel naturali lumine cognoscatur

male statutum, sequitur necessario, Maurorum legem non posse esse à DEO, & conseqventer ipsos in falsa religione vivere.

(i) TABB. MÖSIS) Longe alia ratio fuit Reip. Judaicæ, cuius cultus passim fuit typicus.

(k) ANIMAS SANCTORUM) Fabulam hanc de limbo Patrum pace nostrâ refutare poterit Mohammedanus, cum puriores ac orthodoxiores Christiani eam non credant.

(l) FILIUM &c.) Falsa hæc omnia

est, eos non deceptos à DEo, in quo est summa veritas. Potius Deus per ipsos fecit miracula.

Cum ergo hoc ita se habeat qvis sanæ mentis credet, hos S. Patres Prophetas captos fuisse propter peccatum alterius, & Christum propterea etiam mortuum esse, cum DEus non sit injustus. Præterea ille qui promissus erat in lege DEi Messias erat Propheta qui debebat adimplere legem DEi & etiam fecit noster Propheta Mahumetus Consolator ille Paracletus, de quo fit mentio in Evangelio Johannis c. 14. 15. (m) & 16. ubi dicit: dicet idem quod ego dixi,

omnia. Contrarium sat aperte  
ex V. T. constat. Vide præ aliis  
loca *Psalm. II, 7. Prov. XXX, 4. Hof.*  
*XIII, 14.*

(m) JOANN. c. XIV. &c.)  
Quod hic locus non possit intel-  
ligi de Mohammedo impostore,  
satis jam probavimus supra  
p. 20. sq. Ethic idem ex ipsa pro-  
priâ Ahmed confessione pa-  
tet. Sic enim Mohammed  
non Christi nomine, quod abro-  
gatum vult, loquitur; sed suo  
Verum hic excipit Ahmed: Non  
posse intelligi Spiritum S. quia  
hic paracletus occulta debeat  
detegere &c. quorum nihil fe-  
cerit Spiritus S. Sed *Respond.* Sa-  
tis hæc indicant cœcitatem Spi-  
ritualem Mohammedani. Nos  
Christiani contrarium novi-  
mus, quod utiq; Spiritus S. de-

tebat occulta, detegit enim Sa-  
pientiam illam Evangelicam,  
qua omnino occulta i Cor. II, 7.  
Sic & justificare mundum à pec-  
cato per verbum ejusque mi-  
nisterium quotidie experimur.  
Quod vero Mohammedanus  
impostorem comparet cum  
Christo, quasi & ille impleve-  
rit legem, id non sine insigni  
blasphemiam dicitur. Ecquis e-  
nim dixerit, hominē inpeccati  
natum, & præterea latronem,  
adulterum, impostorem &c.  
qualem Mohammedem fuisse  
integra ejus Historia testatur,  
æque adimplevisse legem, ac  
Messiam ex ipso Mohammedis  
testimonio sine peccato natum:  
Quid Christo nostro hic cuna  
Belial?

(n) NE-



dixi, & illud erit semper: & in meo nomine (nihil enim dicit de se nisi de Patre) docebit vos omnia, qvæ ego dixi vobis, quem mittet vobis Pater meus. Et si ego non eo, ille veniet. Notent propter DEum hæc verba attente dicere Pater meus est in Creatione: Et in nomine meo est cum eadem Prophetia qva ego veni: Et nihil de se dicet satis clare notat, non esse Spiritum S. illum quem dicunt. Nam Paracletus est, qui omnia occulta detegit, & Justificabit mundum à peccato, i. e. eos, qui sequentur vestigia ejus, & quidquid ipse præcepit. Nam Spiritus S. de quo Christiani loquuntur, nihil horum fecit, sed ut dixi, ipse est noster S. Propheta, salus & Gloria DEi sit supra ipsum, & reliquos Prophetas. Amen.

Qvanquam multis, & diversis testimoniiis hæc veritas probari possit, unicum & notum omnibus sufficiat, hominem, qui neque legit (n) neque scripsit neque cum doctis

Q

viris

(n) NEQVE LEGIT &c.)  
Admodum thrasonice & ultra modum hic laudatur impostor, qui tamen non tantum ante; sed & in ipsa traditione Alcorani fuit idiota. Plane egregius hic habetur locus in ipso Alcorano & quidem Surat. 62, v. 1. 5 2. p. m. 506, 59.

ubi ita: **بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ**  
**السَّمَوَاتُ وَمَا فِي الْأَرْضِ إِلَّا بِهِ**  
**الْقَدُوسُ الْعَزِيزُ الْكَبِيرُ \***  
**وَالَّذِي يَعْلَمُ فِي الْأَمْمَـ**

رسولا . مَنْهُمْ يَتَّلَوْ  
أَيَادِهِ وَيَعْلَمُونَ وَيَعْلَمُونَ  
الْكَبِيرُ &c. i. e. rectius  
quam Schindlerus, vertente Hackspan. in fide & leg. Moshamm. lit. l. 1. sq. Laudem dicit DEO quod in cælis & quod in terra Regi sancto fortis Sapientis; ille est, qui exercitavit in idiota nuncium ex ipsis, narrabit ipsis signa ejus, & mundabit eos, & docebit eos librum &c. ubi expresse asseritur, nuncium illum

viris egit, novisse omnes artes, materias, scientias, denique omnis orbis, qvæ erant ante Adamum ejus tempore & post scivisse etiam qvidqvid à creatione DEi huc usqve actum sit, vel factum; & qvidqvid usqve in finem Seculi fiet ante judicium & post judicium & denique qvidqvid loqui, aut dici potest, qvod impossibile est ab humano homine absqve Spiritu S. & divino fieri posse, ad tantum culmen gradus & dignitatis pervenire, qvod ita evidens & manifestum est, ut qvi inqvirat facile inveniat rem ita habere.

6. Articulus, Christum ascendisse in cœlum verus est, ut jam dictum est, sicut Elias (o) & eum sedere in cœlo. Sufficerent hæc duo verba ascendisse in cœlum, & sedere à dextris DEi Patris, ut qilibet cognosceret Christum non esse DEum, cum DEus non occupat locum, neqve in cœlis, neqve in terris, neqve illi sit dextrum vel sinistrum.

7. Eum

lum non saltem missum esse imperitis. Sed & jam missum mansisse imperitum. Equidem & Apostoli erant magnam partem ἀγράμματοι ACT. IV, 13. verum anteqvam Spiritus S. supra eos esset effusus: postea vero tales mansisse, nemo sanus dixerit. Porro qvi de Mohammedē qvid literis prodiderunt, eum, dum pagellas, ē qvibus postmodum Alcoranus consarcinatus, coligeret operā scribæ cujusdam, litterarum fuisse experteri sancte asseverant. Conf. Job.

*Andream Alfaaqvi i. e. Sacerdotem Mohammedanum, sed conver-*

*lam, in confus. Sect. Mohamm. c. i.*  
idqve arguit ex parte ipsa versio Sacrae Historiæ, audita qvippe nec recte interdum percepta scribæ committebat, domino imperito præterea fucum facienti, uti l. c. refertur. Imo qvousq; se scientia impostoris hujus extendat, ex admonitum jejuno Alcorano jam nobis tacentibus, appetat. conf. jam supra de Alcorano & Pseudoprophetiā ac imposturā Mohammedis dicta.

(o) SICUT ELIAS &c.) Diversitas constat (1) ex personā ascendentē. Elias erat nudus homo.

7. Eum venturum judicare vivos & mortuos etiam probatum est, DEO esse impossibile, (p) ire & venire, & iudicium illius, diei illius, solius esse, qvi creavit cœlum & terram. Mauri tenemus : Christum Dominum nostrum venturum in mundum ante finem ejus (q) & occisurum Anti-Christum, & anteqvam moriatur, facturum alia plura, qvæ revera contingent ; fore etiam pacem & summam concordiam tempore ejus, qvia tum lex erit una, & ejusmodi qvam plurima, qvæ ne prolixior sim, omitto.

Ex iis igitur, qvæ jam dicta sunt, probatum manet (r)

Q 2

Chri-

homo, Christus Θεός. (2) ex ipso ascensu, ejusq; circumstantiis. Christus ascendit post mortem triduanam & captivatam captivitatem, & sedet ad dextram Patris &c. Qvæ v. de Elia dici nequeunt, & qvæ alia, qvæ tacemus. Adversus ea, qvæ de dextra objiciuntur, vide jam supra p.83 sq. dicta.

(p) ESSE IMPOSSIBILE Phrases sunt toties in Scripturâ & V. & N. T. obviae, imo & in ipso Alcorano. Præterea & Christus est Θεός.

(q) ANTE FINEM EJUS &c.) En hic Chilia / mūm Mohamme dicūm, in quo & plurima fabulantur dereditu Christi ante finem mundi in terram, & qvīdem apud turrim albam ad partem Damasci orientalem, qvi Mohammedis fidem sit amplexu-

rus, uxorem ducturus & liberos geniturus, ac interfectorus Anti-Christum proditorum inter Syriam & Eracum, juxta alios in regione Chorasan, qvem seqventur ex Iudeis Alphasbanenibus 70. hominum millia, qvi qve manus in terrâ 40. dies, qvorum unus erit instar anni, aliis instar mensis, aliis instar septimanæ, reliqui dies ordinarii. vid. Edوارd. Pocock. in Not. ad Port. Mos. 1. 7. p. 260. sq. De qvibus vero cuna plane nihil sit revelatum, qvæ qve absurdâ plurima post se trahunt, merito ut fabulas ea rejicimus. Mirum, qvod nec Mohammedanos hosce Dn. D. Peter senius Nabisue Testium inseruerit, cum aliâs stultorum multos alios adduxerit, & sic his qvoqve locum aliquem concedere potuisset.

(r)

Christum Jesum Dominum nostrum esse Prophetam sive servum DEi, & ejus creaturam , & non fuisse occilum à Ju- dæis, unde patet error articulorum fidei suppositorum, & compositorum, qvos Christiani vocant legem gratiæ.

Initio promiseram dicturum qvædam, qvæ audivi fieri à D. Portugalliaæ Principe, qvæ qvamvis Iubens omissem, sed ut stem promissis qvam breviter ut potero rem aperiam. Sua igitur Excellentia jubebat facere Missas (s) in locis Pontificiorum Germaniæ, per qvæ transibamus , qvæ Missæ aut sacrificia nullo pacto possunt accepta esse Deo ob multas causas, & circumstantias, cum hoc non sit ex DEi præceptis. Prima igitur, qvia habent figuræ & imagines instar idolorum gentium. 2 Ubiunque congregantur Viri & te minæ, ibi mens non est intenta, neqve devota nam inter celebран- dum

(r) PROBATE MANET  
&c.) Scilicet! Contrarium satis probatum dedimus. Unde patet veritas articulorum fidei Christianæ, & falsitas fidei Mohammedanæ.

(s) MISSAS) Aggreditur nunc Mohammedanus qvædam, qvæ non tam omnes Christianos promiscue, qvam specia- tim Pontificios potissimum con- cernunt. Et qvidem initio Sa- crificium Missaticum refutat, qvod & omnino puriores Christiani omnes abominantur, qvamvis ex longe solidioribus argumen- tis , qvam hic Ahmed utitur, qvorum qvædam non probant

e. g. de congregatione virorum & feminarum , qvæ tamen semper in Ecclesia usitata fuit, & intra modestiæ Christianæ cancellos semper servata : qvædam superstitionem inferunt, e. g. de calceis , qvibus intrant templum. Modo cor esset pu- rum , immundos calceos DEus non respecturus esset. Exem- plum Mosis longe aliud respi- ciebat. Meliora argumenta qvi desiderat, adeat Systemata no- stra Anti-Ponticia. Præ aliis vero hic allegamus disputationes Magnifici Dn. D. Fechtii nostri, Pa- trii nostri in Christo longe astutis- simi.

(t) MU-



dum missas & sacrificia feminæ & viri mutuis aspectibus signis, ac nutibus accendunt pravorum affectuum, & desideriorum suorum ignes ; Et quando hoc non fiat, saltem humana fragilitas delectatur mutuo & reciproco aspectu & ita non potest mens esse quieta , intenta nec devota. 3. Qvia in grediuntur templa immundis corporibus, & iisdem calceis, qvibus calcantur fora, & omne genus immunditie, cum notum sit, DEum injunxisse Mosi exuere calceos, cum ei loqueretur, qvia locus est sanctus. Et cum Ecclesiæ sint sanctæ , & loca destinata ad DEum adorandum & vertendum lacrymas pro culpis & peccatis , ipsi potius canunt Musicam, (t) ludunt organo, & utuntur igne. Nec potest facere Missam, nisi qvis fuerit sacerdos ordinatus. Et si aliqui Pontificii essent in deserto aliquo loco aut in mari absq; sacerdote, non possent facere missam, vel offerre sacrificium suum DEO, qvod est summus defectus. Aliter fit in lege Dei & Maurorum, qilibet sive solus sive comitatus cum sacerdote vel sine eo potest hoc facere. (u) Plura alia qvæ scio non fore ad palatum Excellentiae brevitatis gratia omittam.) Redeentes ad rem dicant posito calice in altari, & pane qvodam albo ex farina confecto (qvem ipsi vocant Hostia ) & prolatis a sacerdote qvibusdam verbis latinis

Q. 3

pa-

(t) MUSICAM &c. ) Hic sine fundamento rejicitur Musica Ecclesiastica, qvam & nonnulli ex Calvinianis abrogatam volunt, cum tamen sit res adiaphora. vid. *Magnis. Dn. D. Jo. Fried Mayeri Museum part. 2. p. m. 31. sgg* aliosq; Theologos passim.

(u) HOC FACERE, &c.) Sic & Mohammedani habent sua Sacrificia, nempe in Festo suo *Cudschuck-Bairam*, ut jam supra diximus. Quemadmodum & oves boves & camelos & qvidem magno in numero immolant in valle Mina , qvando peragunt

panem converti in corpus Christi (x) & quod plus est, ipsum Deum descendere est cœlis in illam hostiam. Qui error includit infinitos alios & abominanda & impossibilia. Deus tamen liber est ab ejusmodi calumniis. Quid enim ita abominandum quam dicere, DEum subjectum esse sacrificio cuidam (cujus Spiritus est centrum miseriae avaritiae, & peccatorum corpus immunditiis plenum) ut quoties sacrificio lubeat, cogat venire ad manus ejus illum DEum, qui neque habet quantitatem, nec modum? Cum DEi natura sit impossibile ire & venire, quisquis enim venit & it, mutat situm. Deus tamen neque habet situm, neque it, neque venit a cœlo sive est terrâ. Deinde sacerdos vescitur illâ hostiâ, & dicit, ibi esse DEum. Videant propter DEum, quam abominandum, & horrendum dicere, hominem vesci DEo? Revera non dubito, quin quoties hoc dicitur, tremant cœli & terræ. Sed Deus misericors eos tales sustinet, usque in illum limitatum diem judicii. Præterea hostia illa fit ex farina, & est corpus, & in uno corpore non dantur nisi accidentia præter corpus non alia corpora, sed aliæ essentiae. Præterea iste (quem ipsi vocant DEum & descendit in ostiam) aut est pars Dei, aut totus Deus. Si dicant partem DEi impossibile

gunt Meccanam peregrinationem. vid. Marracc. in Predrom. part. 4. c. 8.

(x) IN CORPUS CHRISTI &c.) Hic Transubstantiationem Pontificiorum aggreditur, quam omnino & Orthodoxiores Christiani rejiciunt. Sed itidem ex aliis adhuc fortioribus argu-

mentis, quæ vide in Systematibus nostris passim. Neque tamen negamus unionem sacramentalis illam corporis & Sanguinis Christi in cœna cum pane & vino, quam omnino credere revelatio jubet. Vi cuius etiam utique ipsum Christi corpus comedimus, ejusque sanguinem bibli-



sibile est , cum in DEO non dentur partes. Si dicant esse totum, inqviro , qvando erat in ostia , qvam sacerdos commedit, per qvasnam partes corporis distributus est ? Nam ostia, jam infecta & corrupta etiam distribuitur per diversas partes corporis, & si in tali materia erat DEus, ipsa infecta, & corrupta & tandem transformata in humores alios, ubi manet DEus ? Si dicant, DEum seqvi materiam, i.e. ostiam & vinum, ostia & vinum mutantur in sangvinem cholerae, phlegma melancholiā carnem, & ossa, igitur sangvis & humores Pontificiorum etiam erunt DEus. Si dicunt DEum non seqvi materiam, igitur post qvam sacerdos vescitur ostia, statim separatur DEus ab eā, & redit iterum in cœlum , & sic cogunt eum ascendere & descendere toties, qvoties faciunt Missam. Hinc etiam sequeretur ostiam non esse Deum, cum DEus separetur ab eā, statim ac sacerdos vescitur eā, qvare igitur vel cui rei descendebat ē cœlo redditurus iterum & ita cito ? Et si dicant ostiam esse instar speculi(ubi qvilibet ante positus statim videt effigiem suam) & ita in ostia apparere DEum, Relp. Id qvod appetit in spe-

bibimus Sacramentaliter. Qvæ ac indignis percipitur. Non Sacramentalis manducatio ac tamen modo physico, & Cabibitio sic communiter descri- pernaitico, qvemadmodum & bitur, qvā ore corporeo in Μέσον hic Mohammedanu noster Sacramentali constituto uno explicat ; sed hyperphysico ca eodemqve, ac indiviso actu totum complexum Sacramenta- ineffabili. Qvod contra Calvinianos firmiter tenemus : Vide le, constans ex re terrenā & cœ- Systemata passim. Ut adeo Lutherani hichabeant medium il- lesti ; & qvidem corpus mediante panem, sangvis mediante vi- lam sententiam, eamqve tutissi- no benedicto à dignis æque, mam ac verissimam. Ut non ita

speculo non esse hominem, sed effigiem hominis, nec speculum ingredi totum, aut pars hominis; & sane hoc pacto DEus neque similitudo ejus erunt in ostia, homo enim habet figuram, & similitudinem. Deus vero non, cum sit immaterialis, & figura & similitudo est solum in rebus materialibus. Præterea ostia illa eget sustentaculo, & ita sustentatur a manibus sacerdotis. Igitur sacerdos sustentat Deum si Deus est in ostia; & cum certissimum sit, Deum sustentare cœlum, & terram, conseq[ue]nter sacerdos sustentabit cœlum & terram & DEum. Videant quām horrendum sit hoc. Præterea vidimus saepius fulmine combustos altaria & sacramentum vel ostiam, quomodo igitur potest fieri ut DEUS mittat fulmen contra se ipsum? Præterea contigit aquarum diluviis & tempestatibus Ecclesiæ unâ cum ostia funditus everti, & Pontificios, maximo cum viâ discrimine torrentes aquarum ad liberandum

ostiam,

ita pridem ostendit Celeberr.  
 Dn. D. Henricus Opitius in Disp. de  
 Lutherismo inter Papismum &  
 Calvinismum medio adeoq[ue] tutissimo  
 ut in plerique aliis, ita & in arie,  
 de S. Cœnâ. Kilon. Ann 1701. hab.  
 Reliqua quæ a Mohammedano  
 objiciuntur, videant Pontificii,  
 quomodo cum errore suo con-  
 ciliant. A quo errore omnino  
 & antiquiores Patres fuere alieni,  
 ut adeochristianis promiscue  
 tribui nequeat. Ut vel ex uni-  
 co illo peregregio loco Cbrj-  
 sejomi constat, nempe ex Epist

ad Cæsar. Ubi in Edit. Jacob. Bas-  
 nage in dissertat. Historico-Theol. p.  
 m. 22. sq. vel ex Edit. Steph. le Moy-  
 ne in Var. Sacr. p. m. 532. ita: Ante-  
 quam sanctificeatur panis, panem no-  
 minamus, divina autem illud sanctifi-  
 cante gratia mediante Sacerdote, li-  
 beratus est quidem ab appellatione  
 panis, dignus autem habitus est Do-  
 minici corporis appellatione, etiam si  
 natura panis in eo permaneat: Qui  
 locus clarissimus tam male ha-  
 buit Pontificios, ut cum Episto-  
 lam hancce Emeritus Bigotius ex  
 Biblioteca Florentina, edere una  
 cum



ostiam, vel suum DEum, qvis igitur est iste DEus, qvieget hominum auxilio, & qvi non potest seipsum juvare, & eripere ab hujusmodi tempestate? Præterea si hostia cadat a manibus sacerdotis (ut sæpius contigit) aut cecidit una Deus, vel non, si dicant non, igitur DEus non est in ea ; si dicant DEum ibi tuisse non tamen cecidisse, hoc est ex impossibilibus, dicere eum ibi esse & non esse. Deus avertat a nobis ejusmodi nugas, & custodiat, & conservet in ejus S. servitio in lege Unitatis, qvousqve ipsius infinitæ bonitati visum fuerit, & fruamur ipso. Amen.

In Pontificiâ religione nullus Sacerdos (y) potest ducere uxorem, cum tamen hoc pugnet cum lege Dei. Omnes enim Prophetæ duxerunt uxores, legitur etiam in Genesi Deum (post creationem Adami Evæ & reliqvorum animantium avium & piscium) dixisse, multiplicate, unde patet generare esse è voluntate divinâ, & huic etiam fini creavisse marem &

R

semi-

cum *Palladii vitâ Chrysostomi* vellet, illam *Sorbonici Theologî* immani plagio ex libro jam impresso eraderent, qvem admodum id detexit *Auctor Expositula-*  
*tionis*, cuius auctor perhibetur *Petrus Allixius*. Qvod quidem *Natalis Alexander Dissert. 12. Sec. 13.*  
*Art. 12. p. 571.* excusare vult, qva-  
si saltem dissenserint *Bigotio* edi-  
tionem cum *Palladio*, cum quo  
nullam connexionem hæc epi-  
stola habeat. Cum tamen ex  
citâ *Expositulatione* constet, in-  
tegrum qvaternionem à p. 236  
deesse, qvi *Chrysostomi* continue-  
rit epistolam, ut proinde *Theologi*  
*Parisienses* eam non tam edendâ

dissenserint, qvam editam era-  
serint. Qvæ de *Disciplinâ Arcani*,  
ex qvâ proveniat, qvod nulla  
apud antiquos de verbo *Trans-  
substantiationis* mentio fiat, pro-  
fert *Eman. à Schefflerate de disciplina*  
*Arcani* *dissert. Apologet. c. 7. art. 7.*  
*ea omnia sat solide discussit.*  
*Celeberr. Dn. Wilb. Ernest Tentzel.*  
*in Exercit. Select. part. poster. p. m.*  
*348. sqq.*

(y) NULLUS SACERDOS.  
&c.) Hic impugnat cœlibatum  
Clericorum in Papatu, qvem  
vero & nos rejicimus. vid.  
*Systemata Theologica* pas-  
sum.

(z) PRAE-



feminam ut gen<sup>9</sup> hoc humanum conservaretur in ultimum usq<sup>e</sup> diem , qvando Deus suscitabit mortuos , & dabit gloriam bonis, & pœnam malis. Pontificii vero pleno gradu eunt adversus hoc præceptum , cum utriusq<sup>e</sup> sexus religiosi & sacerdotes non junguntur Matrimonio , voentes (ut dicunt) castitatem omnino contra Dei decretum (judico) divinâ permissione hoc fieri, qvi non vult , ut multiplicetur amplius materia sive genus illud idololatrarum , sed potius cum ipsis pereat; Si dicant ideo eos hoc facere , ut similes Angelis fiant , qvi toti sunt puri , ac sine luxuria. Respond. Cuilibet curæ esse propriam sui perfectionem , & unius perfectionem posse esse defectum alterius, ut barba in viro est perfectio , in feminâ defectus. Eodem modo Angeli creati ex substantiâ Angelicâ & cœlesti expertes omnis corruptio- nis, non egent filiis, qvi adorent Deum post ipsos, sed homo qvi est ex materiâ corruptibili, eget generatione successorum & hæredum, qvi DEum adorent (parentibus mortuis) loco eorum , & ita nullus Prophetarum Dei , nec Deus ipse vetuit matrimonium.

“ Præterea (z) isti volunt esse consci<sup>i</sup> peccatorum hominum

otam hanc  
ricopam  
icinulis in-  
asam exhibi-  
t Seldenus  
Synedriis  
I. c. 12. p.  
334. sqq.  
p. 338

(z) PRÆTEREA &c.) Nunc se convertit Ahmed ad Confessio- nem & Absolutionem. Jam equi- dem intelligit Pontificiam illam auricularem, qvā nec nos appro- bamus. Sed simul etiam confes- sionem omnem coram mini- stro Ecclesiastico , ejusq<sup>e</sup> ab- solutionem rejicit. Qvod vero tolerari neqv<sup>i</sup>t. Licet enim absolu<sup>tio</sup> & confessio , & privata illa qvæ in Ecclesiis nostris locum habet, ratione circumstantiarum sit adiaphora; ratione tamen effen- tie sua omnino juris divini & à Christo instituta est. Vid. Dn. D. Neumann. Disp. de autoritat. Clav. Solvent & ligant. Anno 1699. Witteb. bab. Sect. 2. th. 3. & 5. conf. & alia scripta in recentiori controver- sia, qvam M. Schade Berolini non ita pridem non sine insigni scandalo, turbisq<sup>e</sup> movit. Hinc si Mohammedani & ad hunc nostræ Ecclesiæ Orthodoxæ morem velint applicare i. o. illa hic

minum in confessione, & qvilibet istorum religosorum, si-  
ve Monachus sit sive Presbyter, clericus habet potestatem  
ignoscendi cuilibet peccanti ; si genuflexo fateatur  
peccata sua, et si gravissima, sive sit homicida, sive Mœchus,  
&c. tandem post confessionem absolvitur a sacerdote ab  
omnibus peccatis, qui dicit jam remissa esse ei omnia pec-  
cata, nec posse aliter veniam peccatorum impartiri à DEO,  
nisi per Confessionem, & qvemlibet morientem incontel-  
sum damnari. Itaque auferentes DEO potestatem igno-  
scendi peccata, tribuunt eam hominib⁹ per confessionem.  
Ignoscere tamen peccata proprium est DEI & nullius al-  
terius diversis de Causis. 1. Qvia ignoscere situm est in  
solā liberā voluntate, & misericordiā Dei, nec tenetur igno-  
scere si nolit, nec potest cogieò à qvotqvot sunt in cœlo, si-  
ve in terrā, & potentia sua absoluta, si ipsi lubeat, potest  
damnare totam orbis machinam. Nam qvisqvis sibi  
usurpat jus alienum, & in eo jure si aliquid facit, aut de-  
struit, sane injuste agit. Sed qvi proprio sibi jure, & in re  
propriā aliquid facit, aut destruit, nullis legibus talis impe-  
diri potest, nec censeri in justus. Si igitur Deus ignoscit, id  
facit solā misericordiā motus, qvæ est proprium attri-  
butum ejus, & nullius alterius præter ipsum. Si homo igno-  
scat,

R 2

hic occurrentia argumēta, bre-  
viter ad ea ceu non tanti pon-  
deris respondebimus. Et qvi-  
dem ad (1) Ignoscere peccatis  
utique est solius DEI. Hinc &  
omnino solius ejus est **absolutio**  
**auctoritativa** Marc. II, 7. omnino  
& ex mera misericordia fluens,  
respiciens tamen simul **plena-**  
**riam** illam **Satisfactionem** Chri-  
sti, cuius respectu verā fide sibi

eandem applicantem conde-  
mnare nequit, ut hic contra ad-  
modum blasphemie præsuppo-  
nit Mohammedanus. **Absolutio**  
autem Ministerorum **Ministeria-**  
**lis** saltem est & concessa. Job.  
XX, 23. Ita tamen ut potestas  
hæc à DEO sit collata, ita ut  
qvæ hic agit Ministerium, au-  
toritate ac nomine Principa-  
lis sui, DEI scilicet, agat. Qvæ  
duo



scatei, qvieum affecit in iuriâ aliquâ &c. hoc potest in causa  
 propria, non vero in alienâ sive Dei. 2. Præterea qvî scit la-  
 cerdos, Deum sententiam ab ipso latam approbaturum, &  
 qvicqvid iste absolvit, etiam absoluturum & remissurum?  
 Et in qvâ lege qvæso scripturæ, aut ex Prophetis præteri-  
 tis hujus qvidqvam inventum aut auditum est? 3. Præ-  
 terea si qvilibet facerdos eget alio, qvi eum absolvat, qvî  
 potest absolvere alios, qvî seipsum non potest? 4. Deinde  
 diversæ sunt circumstantiæ peccati. Aliud est peccare contra  
 Deum negligentia qvadam cordis. aliud ex sententiâ  
 & cognitione inverecundâ, audaci, & perfictâ fronte pec-  
 care. Aliud qvando qvis vincitur ab affectu & appetitu na-  
 turali; intus vero pœnitent facti & pudet comparere coram  
 Deo, & pudet simul sui ipsius, cum videat se peccasse con-  
 tra tantum Deum, itaqve mille modis ex circumstantiis  
 possunt variari peccata qvanqvam actus ipse sit unus in  
 se & externe. Siigitur tanta diversitas inter circumstan-  
 tias & actum vel opus ipsum externum peccati vel culpæ,  
 poterit unum & idem peccatum externe esse dignum ve-  
 niâ, & aliud dignum pœnâ perpetua, & Gehenna, juxta  
 gravitatem culpæ seu circumstantiæ internæ, qvam ta-  
 men mensuram novit solus Deus & sibi ipsi servat. Qvo-  
 modo

duo sibi invicem non contra-  
 riantur. Ad (2) Hoc novit ex  
 potestate sibi concessâ. Et si  
 qvarat Mohammedanus exem-  
 plia ac mandata, capiat qvæ in  
 S. Codice tam V. qvam N. T.  
 leguntur. E. g. *Levir.* IV, 13. sqq  
 c. V, 6. 13. 2. *Sam.* XII, 1. 199. *Matt.*  
 IX, 2. *Job.* XX, 21. 199. &c. Ad (3)  
 Absolute loqvendo & Pastorem  
 semet ipsum absolvere posse non-

nulli ex Casuistis non negant,  
 vid. König. part. I. *Cas. Conſe.* c. 5.  
*Cas.* 4. p. 348. & Prückner in *Manual.*  
 mille *Ques. centur.* 6. qu. 58. p. m.  
 291. Qvamvis satius sit, si vici-  
 ni Pastoris operâ utatur. Et si  
 etiam non posset, tum aliam su-  
 stineret personam. Qui reſpe-  
 ctus ipsam absolutionem non  
 tolleret. Ad (4) Circumstan-  
 tiæ haec huc nihil faciunt. Arca-  
 na



modo igitur sacerdos cognoscit, aut poterit se penetrare,,  
in arcana & abdita illa, qvæ soli Deo sunt nota? 5. Præterea,,  
multi homines credunt in Deum, & ejus amore faciunt,,  
eleemosynas, & alia opera bona, vincuntur tamen ab affe-,,  
etu, & appetitu naturali, isti tales lane non longe distant a,,  
misericordia Dei dummodo ipsos facti pœnitentia, & alii ava-,,  
ri, amoris Dei negligentes, nulla virtute prædicti cum nulla,,  
sit in eis memoria aut recordatio peccatorum suorum, ii,,  
tales longe sunt a misericordia Dei, si isti duo commit-,,  
tunt unum & idem peccatum, sacerdos eodem & pari mo-,,  
do absolvit utrumque. Sed qvæ Justificatio est hæc? 6. Præ-,,  
terea unum & idem peccatum est in peccato altero & gra-,,  
vius ob jam dictas circumstantias, & alias infinitas, qvarum,,  
caula unum vero dignum venia erit, aliud autem non;,,  
& sacerdos ignarus horum secretorum Dei, eadem men-,,  
sura metitur bonum & malum, qvi error nunquam sane,,  
in Deo reperietur. 7. Præterea homines non sunt ita con-,,  
stantes, sed ita varii potius, ut aliquando prælætitia, & hila-,,  
ritate facile & leviter ignoscant ciuiliter, et si quis eis intule-,,  
rit gravissimam injuriam, aliquando ita tristes, & melan-,,  
cholici, ut minima qvâque causâ, & occasione paratissimi,,  
sint ad occidendum qvemcunque & exercendum omne,,

R 3 genus

na, qvæ hic occurunt, sunt re-  
velata. Sic enim novit Minister Ecclesiæ omne peccatum,  
qvocunque etiam nomine in-  
signiatur, mereri mortem æter-  
nam, a qvâ pœnitentem ex  
commissâ auctoritate absolvit  
Reliqua arcana forte occuren-  
tia committit DEO. De ocul-  
tis enim non judicat Ecclesia.  
Ad (5) Uterque meritus fuit  
mortem æternam, uterque er-

go absolutione eget. Graduum  
vero differentia hic nihil facit  
ad rem. Ad (6) idem respon-  
demus, dari autem pecca-  
tum qvoddam in se suâque  
naturâ veniâ dignum, hoc est  
qvod negamus. Cum omne pec-  
catum sit contra legem, & per  
conseqvens sententia legis ob-  
noxium. Ad (7) Plane inepta  
hæc est exceptio, cum hic Pastor  
non agat ex propria auctori-



"genus crudelitatis, & rara est temperantia in homine. Ita iste  
 "sacerdos aut erit hilaris, & sic non castigabit peccatorem, ut  
 "meritus, aut erit tristis & melancholicus, & sic cruciabit homi-  
 "nem supradebitu culpa ad desperationem usq;. Aliquid tamen  
 "hujusmodi non est in Deo, qui semper permanet in unum esse,  
 "cujus solius est judicare animas, & non alterius. 8. Præterea  
 "si sola ejusmodi Confessio sufficiat homini, non indigebit ve-  
 "nia Dei, cum sacerdotis venia sufficiat. Si vero æque bene in  
 "judicii die judicandus talis homo sit à DEo, certe hæc confes-  
 "sio nulla est. 9. Præterea aliquis homo habuit rem cum uxore  
 "alterius, quam vi coagit. Sacerdos vero absolvit adulterum.  
 "Inqviro quando maritus hoc resciverit in die judicii, poterit  
 "ne petere à Deo judicium & justitiam an non? Si dicant non;  
 "igitur Deus non est justus propter confessionem solam sacer-  
 "dotis. Si dicant posse, igitur sacerdotis confessio nulla est.  
 "Pari modo calumniæ, testimonia & injuriaæ, quibus falso ac-  
 "cusantur sæpius honestæ virgines, & probi homines, & quo-  
 "rum honor & dignitas turbatur hujusmodi calumniis, in qui-  
 "ro, si calumniator absolutus fuerit à sacerdote, poteritne alte-  
 "ra pars petere à Deo judicium & justitiam, an non? Si dicant ita,  
 "igitur confessio est nulla: Si non, igitur Deus injustus erit, & ne-  
 "scit dare cuiq; quod suum est, & hæc solâ causa & respectu con-  
 "fessionis, cum potius sit justissimus. 10. Præterea sacerdos impo-  
 "nit semper poenas qvasdam peccantibus: ut si quis est adulteri;  
 jubet

rate, ut pro diverso suo temperamento elati-  
 veligante ac solvente uti possit pro lu-  
 bitu, cum saltem minister sit, qui jux-  
 ta voluntatem domini sui hic debet agere,  
 quæ hæc est, ut poenitentib⁹ peccata nomi-  
 ne suo remittantur; impenitentibus vero  
 retineantur. Secus si agat, contra officium  
 suum agit, æque ut Magistratus gravissi-  
 me peccat, si modo illo, de quo Ahmed lo-  
 quitur, justitiam exerceret. Cujus tum  
 potestas divinitus data ex eodem argu-  
 mento posset negari. Quid vero non se-  
 quitur. Ad (8) Cum absolutione hæc  
 absolutio DEI induculo nexus coheret.  
 Quicquid enim in terris solvit, & in ec-

to solutum est. Ad (9) Et hæc inepta est  
 qvæstio. Qvod si enim peccatores hi serio  
 penitentes fuerint, omnino ipsi remit-  
 tuntur peccata jam in his, terris. Et beati  
 in altera vitâ hanc sententiam DEI non re-  
 formabunt, nec ab eâ appellabunt; Sed  
 potius deprædicabunt. Nec hie argui po-  
 terit DEUS injustitiae, cum Justitia ipsius  
 plenissime fuerit satisfactum à Filio, enjus  
 meritum vere penitentes fide sibi applica-  
 runt, &c. Ad (10) Inepta hasce Pontificio-  
 rum satisfactiones non probamus, cum ea  
 rursum nullum habeamus in Scriptura S.  
 mandatum, sive exemplum, vide contra  
 eos Systemata nostra passim.

jubet ut se ipsum cædat flagris, vel ut portet supra humeros,,  
crucem aliquam &c. Cum tamen hoc totum fere nihil sit re,,  
spectu peccati, & tamen in arbitrio sacerdotis situm est impo-,  
nere pœnas ad libitum. Dicat qvæso qvâ ulnâ metitur aut,,  
pondere ponderat, aut pendit, ut sciat, qvid vel quantum pœ-,  
næ imponendum sit unicuique pro culpâ? Ex qvibus omni-,  
bus evidenter apparet abusus & error Confessionis ; Unde,,  
etiam cognoscitur, Deum solum esse judicem animarum, &,  
non aliud, qvi solus novit gravitatem culpæ, & qvâ pœnâ sit,,  
qvælibet digna. Poteſt ut absolute Dominus ignoscere abs-,  
qve aliquâ pœnâ, cui ipsi libuerit ; cui laus sit in secula, à qvo,,  
etiam petimus, velit nobis peccatoribus ignoscere pro im-,,  
mensâ & infinitâ misericordiâ ejus.

Mauri vero aliter confitentur (a) peccata sua. Confi-,  
teri enim est pœnitere aliquem ipsum solum facti peccati co-,  
ram Deo solo, & se vertere ad Deum pium, misericordem ex,,  
puro corde. Neqve Deus aliud vult, qvam ut pœniteat ho-,  
minem facti. Dicunt præterea hoc pœnitere fore vali-,  
dum cum Dei voluntate, qvi ignoscit peccatori cum iis qva-,  
tuor conditionibus, vel circumstantiis : (1) Ut pœniteat pecca-,  
torem ex puro corde, & sincero, peccati commissi. (2) Ut,,  
promittat, se non amplius peccaturum.. (3) Ut satisfaciat,,  
partibus, ut est reddere, & restituere bona aliena, restaurare,,  
honorem proximo, qvem ipsius causa perdiderat cum aliis,,  
ejusmodi. (4) Ut hoc pœnitere sit solo amore Dei, qvi gra-,  
dus altior & perfectior est, qvam si timore inferni, vel præ-,  
mio gloria] pœniteret. Peccata enim Maurorum sunt triplicis,,  
generis. (1) Inter Deum & hominem, ut est non servare id,,  
qvod

(a) CONFIDENTUR &c.) Agit nunc  
Auctor de confessionibus Mohammeda-  
norum, eorumqve peccatis. Sed qvot li-  
neæ, tot absurditates ferme. Potiores hæ  
sunt : (1) qvod fundamenti loco ponat  
absolutam DEI potentiam, qvâ sine satis-  
factione plenaria peccatum remittere posſit.  
Qvod tamen dogma blasphemum esse jam  
supra probavimus, ubi de necessitate satis-  
factionis Christi egimus (2) qvod pœni-

tentia potiorem partem faciat contritionem, fide penit⁹ omissa, sine qua tamen ne-  
mo placere potest Deo Ebr. XI, 6. & sine qvâ  
omnia peccata sunt Rom. XIV, 23. (3) qvod  
admodum leviter de peccato judicet, qvod  
& jejune admodum dislingvit. Longe soli-  
dius haec omnia Christiani tractant in suis  
Libris. Qvæ omnia prolixius deduci po-  
tuissent, nisi brevitas nobis imponeret si-  
lentium, cum jam præter propositum no-  
tula



"qvod Deus præcepit, vel prohibuit, qvod peccatum vel igno-  
 "scit Deus, vel castigat. (2) Inter hominem, & ejus proximum,  
 "ut qui aliena arripit seu usurpat vel calumnia turbat honorem  
 "alterius, &c. in damnum proximi; qvæ omnia ut in plurimum  
 "sunt judicanda qvousque satisfiat partibus vel Deus ipse parti  
 "offensæ satisfaciat. (3) Qvod nunquam ignoscet; & sic præce-  
 \* quæ ipsi " pit) cui cumqve \* ipsi fecerit Deo secundum æqualem, vel  
 "similitudinem, sive in cœlo, sive in terrâ. Hoc sane egebatur ma-  
 "jori explicatione. Sed qvia responsio mea fuit aliquantum pro-  
 "lixior, nunc hæc sufficient, qvousque mihi constet aliquem esse,  
 "vel qui adversus jam dicta respondeat, vel qui velit majo-  
 "rem, & clariorem explicationem data.

"Rediens iterum ad illud pœnitere, dico qvisquis mori-  
 "tur pœnitendo eum facti talem fruiturum Dei favore, & ejus  
 "gloriâ, qvamvis commiserit tot peccata, qvot sunt arenae in  
 "mari, & stellæ in cœlo, nec indigebit sane sacerdote vel Con-  
 "fessione, cum omnia sint Deo nota, & sciat, qvem ex corde, &  
 "sincere pœnitiat, vel non. Hæc enim causa est sola inter Deum,  
 "& creaturam, & ita non eget aliquis a perire cuiquam morta-  
 "lium sua peccata & defectus, nisi illi soli, qvem nihil latet, sive  
 "id sit in cogitatione, sive in imaginatione Creaturarum sua-  
 "rum, Cui laus sit semper. Amen.,"

Si igitur qvidqvam liberius dictum est, obnixe oro ut huic meæ audacie igno-  
 featur, ut benignitat & summae virtuti Excellrum Vrum mos est. Neque videbatur  
 fecisse satis meo officio, nisi tanta interrogatori, & tantis Principibus responderetur.  
 Qvod si antehac factum non est, ideo solum est, qvia non invenirem latorem fidum ut  
 hic est, qui una dabit Domino Aqvilæ aliam copiam, qvem spero etiam responsurum meo  
 rudi stylo. Et ita imponam huic scripto finem, petens iterum veniam, qvam mihi con-  
 cillam non dubito, à talibus & tantis Principibus Dominis meis, pro quibus Deum orat  
 omnipotentem qui omnem felicitatem, magnitudinem, potentiam & vitam eis cupit  
 supra nominatus Ahmet Benaudala, natione Cantaber & familia Matron. Dat. Marro-  
 chii in principio anni mille & viginti unum del Haxara Domini nostri Mahumeti, salu-  
 & Gloria DEI sit supra eum, & supra omnes prophetas alios, & Sanctos, Amen, Amen.

Literis Arabicis erat hic sub-  
 scriptum nomen ejus.

tuæ & animadversiones hæc nostræ excrè-  
 verint. Ad reliqua absurdæ forte adhuc  
 de confessione occurrentia facile ex jam di-  
 citis responderi poterit. Copiam illam ad  
 Dñ. Aqvilem datam, cuius hic meminit

Ahmed, qvæque potissimum de Libero ho-  
 minus Arbitrio agit, qvam proxime B.C.N.  
 etiam communicabimus. Nunc autem  
 priorem MSti partem claudimus, pro  
 concessa vero haec tenus Gratia sit



# INDEX I. RERUM POTIORUM.

A.

**A**li à Persis magni habetur pag. 23.

*Absolutio Ecclesiastica.* 130. quā se ipsum Pastor absolutus. 132.

*Acanim quid?* 62.

*Adamus.* Ejus poenitentia. 92, 98.  
de creatione & lapsu fabula Mo-

hammedanorū, & gentilium. 98.

*Aywia Cbrisii* 81.

*Alcoranus* an probet Deitatem Cbrisii? 54. Ejus interpres 16. au-

toritas refutata. 101. seqq. origo

modo DEO, modo hominibus ad-

scribitur. 102. autores 102. do-

ctrina genus. 103. fabula ibid.

lascivia. 104. stylus. ibid. con-

tradictio tam sibi ipsi, quam Scri-

ptura. 105. quomodo hucusque

conservatus. 106. mala testimo-

nia ipsorum Mohammedanorū

de ipso. ibid. non est divinus 101

seqq. flosculi ex illo 108. quam

mancus, mutilus ac imperfectus.

116. collatio cum Scriptura. 117.

*Amolet.* Mohammedani. 20.

*Angeli.* Quid de iis sentiant Mo-

hammedani. 20.

*Anima.* Ex eā unitatem DEI probant

Mohammedani. 52.

*Anti Cbrisius* interficiendus à Cbris-

to juxta Mohammedanos. 123.

*Arnoldus* Mohammedis partes a-

gens refutatus. 27.

*Ascensio Christi* alia quam Elia 122.

*Asinus Messia.* 117.

*Associantes.* 34.

*Attributa DEI*, an accidentia 39.

*Sententia* Mohammedanorum de  
iisdem, ibid.

B.

*Bairam.* Festum Mohammedicum.

115.

C.

*Centurio* sub omni cruce. 80.

*Chiliastrus* Mohammedicus. 123.

*Chobar*, an Venus. 112.

*CHRISTUS.* Quid de eo sentiant  
Mohammedani 8. seq. convitato-  
res ejus à Mohammedanis puni-  
untur. 12. est filius DEI 14. 47.  
ut talis & habitus à nonnullis  
Mohammedanis. 15. Ejus épon-  
omia. 44. vocatur verbum 46. ejus  
præexistentia. 46. assumptio Hu-  
mane Nat. 48. generatio aeterna  
48. Deitas vindicata. 49. voca-  
tur in Alcorano Spiritus DEI.  
53. Ejus miracula. 58. recensita  
in Alcorano. 58. Est Creator.  
66. secundum utramq; naturam  
mediator. 86. juxta Mohamme-  
danos non est crucifixus; sed à  
DEO sublatus. 88. Num pro inter-  
cessore Eum Mohammedani ba-  
beant. 11. cur libros scribere no-  
luerit. 116. sq. Non venit, novas

S

ut



ut leges civiles daret. 118. sq. re-	Dies iudicii. 20.
ditus ejus ante extremum diem juxta Mohammedanos. 123. non pars DEI. 74.	Disciplina arcani circa transuba- stantiationem. 129.
Cbristianismus non est mutatus. 60.	E.
Cbristiani, cur infideles dicantur à Mohammedanis. 15. Cur asso- ciantes? 34. varia ipsorum se- cta objiciuntur 94. sq.	Eleemosyna. 115.
Chrysostomi locus de S. Cenà à Pon- tificiis erasus. 128.	Evangelia falsa. 84. Alcorani te- simonium de Evangelio. 118.
Circumcisio Christianorum fidem Mohammedanam amplectenti- um. 107.	F.
Cœlibatus clericorum. 129.	Festa Mohammedanorum. 114. sq
Collyridiani. 14. 34.	Flagellatio Christi. 78.
Compositionem in Deo an Christi- ani statuant. 44. sq.	Funus in Trinitate. 86.
Confessio peccatorum coram Mini- stro Ecclesiæ. 130. confessio auricu- laris refutata. 131. Confessio pec- catorum Mohammedica 135.	G.
Creatores, num plures? 66. crea- tio. 69.	Jacobite Heretici. 64.
Crucifixio Christi. 89. 91. 69.	Jejunium Mohammedanorum 113. 115.
Cudschbuck Bairam festum. 115.	Incarnatio vindicata. 49.
D.	Indifferentismus Mohammedis. 28.
Decima 113.	Infernus fabula de eo. 110. sq.
Derelictio Christi. 91.	Iorocina quid. 21.
DEus, quomodo vocetur Totum. 74.	Josephus ab Arimathia. 81.
an in eo compositio. 44. passus 5 mortuus. 70. corpus ei tribuunt nonnulli Mohammedani. 84.	Judas proditor loco Christi crucifi- xus juxta Mohammedanus. 88. sq. ejus suspendium. 90.
Dextra DEI. 83.	Justitia DEO essentialis, aliag. ejus ratio quam juris aggratiandi in hominibus. 94.
K.	Kurban festum. 115.
L.	Latus Christi percussum. 79.
Legum Alcorani & civilium discri- men. 118.	Legum Alcorani & civilium discri- men. 118.
Limbus Patrum. 81. 119.	Longinus miles. 79.

Lutber.



Lutheranorum sententia de Cœnâ  
utissima. 127. sq.

pserint. s. sqq. Symbolum. 19.

23.

Moneta Mohammed. 20.

Mors Christi necessaria. 85.

Musica Ecclesiastica. 125.

N.

Nicodemus. 80.

O.

Oratio Mohammedica. III.

P.

Pauli (Oliger) 82.

Peccatum num omne mereatur  
morem. 133.

Peregrinatio. III.

Persarum & Turcarum dissidium.  
23.

Personæ SS. Trinitatis. An par-  
tes. 51. 75. variis nominibus ef-  
feruntur. 63.

Pharan, qvid. 22.

Penitentia. 135. sq.

Preces Mohammedica. 7. III.

Propheta. Quot apud Mohammeda-  
nos. II. /q. eorum miracula. 57.

Purificatio. III.

R.

Ramadan mensis. 113.

S.

Sacrificia Mohammedica. 125.

Sambucus ex ea juxta nonnullos  
suspensus Judas. 90.

Satisfactio Christi necessaria. 85.  
vindicata. 87.

Scriptura S. quid de eâ sentiant

S. 2

Mobam-

M.  
Mala juxta Mohammedanos à  
DEO creata. 21.

Maria Virgo, quid de eâ sentiant  
Mohammedani. 13. an pro Deâ  
habita? 14. fabula de conceptio-  
ne, & partu ejus 13. pro impecca-  
bilitate ejus Pontificii provocant  
ad Mohammedanos. 13. cultus  
eius 14.

Menses Mohammedanorum 113. sq.

Miracula: Christi & Prophetarum  
quomodo differant. 57. sq. Mo-  
hammedis, vid. Mohammed.

Missæ Pontificia. 124.

Mohammed. non est Propheta. 24.  
sed impostor. 27. cum Christo ne-  
quidem comparandus. 26. de  
miraculis ejus. 31. 58. sqq. & in  
ipsâ Alcorani traditione idiota.  
121. num ejus mentio fiat in Scri-  
pturâ V. & N. T. 29 30. non ma-  
jor Christo. 26. nihil potuit pre-  
stare, nisi quæ hominis sunt. 32.  
non est assumptus in cœlum. 25. de  
eius morte ibid.

Mohammedismus varia ejus secta  
95. sqq. 101. amplitudo. 100. leges  
III. sq. an invocet venerem 112.  
sq. fontes. 36. Ejus Scripta elen-  
tifica, & modus refutandi alios.  
1. sqq. Qui contra ipsum scri-

Mohammedani. 17. an corrupta.  
 30.  
 Secta Christianorum & Moham-  
 medanorum. 95. sqq.  
 Sessio Christi ad dextram Patris. 83.  
 Spiritus, Spiritus DEI, & Spiritus S.  
 quomodo juxta Mohammeda-  
 nos differant. 76  
 Spiritus S. an recte dicatur amor  
 DEI. 38. quid per eum Moham-  
 medani intelligant? 76.  
 Spiritus DEI vocatur Christus in  
 Alcorano. 53.  
 Embolum Mohammedicum. 19.  
 Turcorum & Persarum contro-  
 versum. 23.  
 I.  
 Timor Christi. 82.  
 Totum quomodo DEUS. 74.  
 Transubstantiatio Pontifica. 126.  
 Trinitas an eam negent Moham-  
 medani. 33. probata & vindica-  
 ta. 36. similibus illustratur, &  
 quid de iis sentiendum. 40. sq.  
 Veterum sententia de eadem. 61  
 sq. an faciat compositionem in  
 DEO? 44. sqq. Rationi non pa-  
 tet. 37. an in ea tria principia.  
 64.

Triduum mortis Christi. 67. sq.  
 U.  
 Illu Bairam Festum. 115.  
 Unio personalis. 64. sqq.  
 Unio sacramentalis. 126. 127. sq.  
 Unitas DEI. 16. 17. 20.  
 V.  
 Venus an Chobar. 112.  
 Vita eterna. Fabula Mohammedi  
 dica de eadem. 109. sq.  
 Z.  
 Zager. 22.  
 Zala. 111.

**INDEX II LOCORUM QVO-**  
**RUNDAM BIBLICORUM**  
**VINDICATORUM.**

Deuteronom. XXX, 2,	pag. 22. 30.
Psalm. XXII, 2.	82. 90.
Psalm. L, 2.	30.
Jesu. XXI, 7.	30.
Ezech. XXXVII, 1. sqq.	57. sq.
Jobann. XIV, 20.	120.
Jobann. XVI, 7.	29.
Jobann. XX, 17.	73.

F I N I S.



D: D<sup>e</sup> 3062

**ULB Halle**  
000 882 062

3/1



